



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

Liber CLXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER CLXIV.

PIUS IV. PONTIF. MAXIMUS,
FERD. I. OCC. IMP.

§. I.

*Cardinalis Moroni, novi ad Syno-
dum Legati, necnon Lunensis
Comitis adventus ad Tri-
dentinam urbem.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

*Pallav. hist.
Conc. Trid.
l. 20. c. 11.
n. 1. & 2.
Nicol. Pfol.
act. Conc.
Trid. p. 280.
Spond. hoc
ann. n. 33.
Sarp. l. 7.
pag. 671.
Visconti t. I.
pag. 205.*

Tandem die decima Aprilis pridie ad festum Paschatis, Moronus Cardinalis Tridentum venit. Adventantem exceperant, eique obviam prodierant veteres Legati, Oratores ac Synodi Patres, quos ipse etiam Madrutius Cardinalis non ita pridem Tridentum reversus comitabatur. Postquam igitur Moronus ad Sanctæ Crucis Ecclesiam urbi sat vicinam advenerat, e quo descendens Templum ingressus est, ac mutata veste Cardinalitiam purpuram induit, muloque vectus usque ad Urbis portas processit, ubi inter sacros Hymnos solemni ritu decantatos a Cle-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

ro excipiebatur: itaque civitatem ingressus, ac Pontificio habitu insignis sub umbella Ecclesiam S. Vigili totopopulo festive acclamante accessit, ubi etiam Hymno Ambrosiano decantato omnibus adstantibus bene precabatur, Diaconus vero ejus nomine centumannorum, totidemque quadragenarum indulgentias promulgabat. Peractis hisce solemnibus Cardinalis Moronus ad suum Palatium pedes incedebat, iisdem Nobilibus eum comitantibus: altero autem die Paschatis festo rem Divinam solemniter peregit, eandemque noxarum veniam indulgit.

Altera die Lunensis Comes Regis Catholici Orator pariter Tridentinam urbem solemniter pompa ingrediebatur, quem præprimis Franciæ Oratores visum ibant, & quidem Lansacus verba faciens, eidem hæc exponebat: „mihi „a Rege Domino meo, atque a Regina „Regni Administratrice in mandatis datum, ut omnia deinceps agenda Eminentiae vestrae communicarem; cum „nil aliud ab illis exigatur, nisi quod „vel maxime in Religionis utilitatem „cedit: si vero quid speciale Regem „Franciæ concernens ipse exponere vellet, nos operam nostram conferemus „eo prorsus studio, ac affectu, quem arctum inter utrumque Regem foedus, ac

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„ac perfectæ amicitiae vinculum de-
„poscere videntur. „ Ad hæc respon-
dit Comes, quod ferme eadem sibi in-
iuncta forent, ac proin nil eorum præter-
missurus esset, quibus piæ illorum vo-
luntati satisfacere possit.

§. II.

*Moroni Cardinalis colloquium cum
Principum Oratoribus.*

Pallav c. II.
n. 3. & 4.
Visc. p. 211.

Sub idem tempus Moronum Cardina-
lem omnes Principum Oratores,
cunctarumque Nationum Episcopi sa-
lutatum venerant: inter eos autem Galli
solidæ reformationis necessitatem eidem
exponebant, eum rogantes, ut triginta
quatuor illos articulos exponere vel-
let. Ad primam petitionem, quæ
Hispanis æque ac Gallis erat com-
munis, reposuit Cardinalis, quod eo-
rum desideria jam dudum prævenisset
Pontifex, hujusque rei executionem
ipsimet brevi conspecturi essent: ad
alterum vero caput declarabat, quod,
priusquam de hoc negotio ageretur,
Cæsaris consilium esset expetendum,
ut omnibus satisfaciendi ratio communi
suffragio excogitari valeat: his adde-
bat Cardinalis: „rupta omni mora ad
„Imperatorem contendere jubeor, brevi
„rediturus. „ Hoc responso Galli, cete-
rique

rique sat contenti eundem ad accelerandum iter hortabantur, Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

§. III.

Cardinalis Moronus in quadam Congregatione receptus.

Feria tertia post Paschatis Dominicam die decima tertia Mensis Aprilis pro recipiendo Cardinale Morono generalis habebatur Congregatio, in qua recitato diplomate, vi cuius nominabatur Synodi Legatus, idem orationem habuit, pluribusque mala, quibus tot Christianorum Provinciæ agitantur, deplorabat, ad quorum levamen a summo Pontifice, cuius dignitatem plurimum extulit, præsentem Synodum fuisse convocatam asseribat, & postea de semetipso loquens, Patribus una congregatis testatum reddere nitebatur, quod quamvis duobus illis Legatis nuper defunctis in tam arduo munere succedere non mereretur, eos tamen in sincera Synodi utilitatem promovendi voluntate æquare contenderet, postea rogabat Patres, ut sua solertia, pacis studio, ac Zelo non minus scientia illustrato, quam charitate accenso ipsum juvare vellent.

Hac oratione magnum sibi conciliabat honorem, simulque tam amplæ pollicitationis executio avidè expectabatur.

*Pallav. n. 6.
Sarp. l. 7.
pag. 672.
Psal. p. 380.
Spond. ad
hunc ann.
num. 23.
Visconti t. 13
pag. 213.
Rayn. hoc
ann. n. 52.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

batur. Sequenti die decima sexta Aprilis Lunensis Comes Moronum, quem visum ibat, vehementer sollicitabat, ut hanc clausulam: *Legatis proponentibus* veluti Concilii libertati adversam suppressimere vellet, quam in rem disertis verbis eidem declarabat, quod hæc verba deleri Cæsar, necnon Lusitanæ & Franciæ Reges peterent, omnesque sperarent, quod ipse ceteris prior hanc suppressionem persuadere niteretur.

Verum Cardinalis hæc reposuit:
 „cum hæc clausula in Sessione fuerit
 „decreta, si nunc supprimeretur, non
 „modo decisiones hucusque factæ in du-
 „bium revocari possent, quod tamen
 „Rex nullatenus admittit, sed etiam
 „eædem juxta illorum, qui no-
 „vitatum studiosi sunt, arbitrium om-
 „nino everti valerent: aliunde vero nil
 „nisi perturbationes, ac tumultus in Sy-
 „nodo suscitarentur, si ad quævis ab-
 „sona, quæ Patribus proponere lubet,
 „recipienda Synodum cogere, cuius
 „permitteretur. Denique haud per-
 „cipere valeo, qua ratione hæc Regis
 „petitio conciliari possit cum ampla pol-
 „licitatione, qua se Sacram Sedem pro-
 „pugnaturum promittebat, cum tamen
 „ejus auctoritati hoc pacto grave vul-
 „nus infligere machinaretur. Ad hæc
 Orator respondit: mei muneris est
 Regis

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Regis, ac Principis mei iussa exequi, nec ea prætergredi mihi integrum relinquitur: mox tamen subjunxit Cardinalis, quod ejusmodi mandata interpretari licitum sit, præcipue cum haud præsumi valeat, quod Rex rem Concilii honori tantopere noxiam petere velit. Tandem utrinque conventum, de hac clausula interim minime agendum, donec Cardinalis cum Cæsare hac super re contulisset: Comes tamen altera die coram Lusitano Oratore allerebat, quod omnium Oratorum cura eo intenta esse deberet, ut hæc clausula deleteretur. Ceterum cum Moronus Cardinalis pridie Oenipontum discessisset, pluresque alii Præsules abessent, propositum est, Sessionem, quæ ad diem vigesimam secundam Aprilis erat indicta, esse prorogandam, ac primum eam die trigesima Mensis Junii habendam: verum huic dilationi Lotharingius Cardinalis paulo ante redux oblectabatur, ostendens, haud consultum fore, ut certa dies præfigatur, ne forte argumentis nondum plene discussis Sessio nequidem die tertia Junii celebrari queat, unde fieri posset, ut tunc, si post præstitutum diem rursus Sessionem prorogare oporteret, magis adhuc exasperarentur eorum animi, qui ob toties repetitas dilaciones aliunde jam contra Synodum

Sæcul. XVI. A.C. 1563. dum quererentur. Sequebantur Patres Lotharingii consilium, simulque decretum, ut die vigesima Maji primum discuteretur, quænam dies futuræ Sessioni esset præfigenda.

§. IV.

Petri Soto Dominicani obitus.

Pallav. l. 20. c. 13. n. 1. Pridie, quam cuncta hæc in Patrum conventu decernebantur, die vigesima Aprilis Petrus Soto, seu Sotus ex Ordine Fratrum Prædicatorum Theologus percelebris Tridenti supremum diem clausit, cujus jacturam omnes Patres ob raram pietatem, atque eruditionem communi luctu deplorabant. Natus is erat Cordubæ in Hispania ex nobilibus Parentibus: anno autem Christi millesimo quingentesimo decimo nono juvenis adhuc institutum S. Dominici amplexus tantam nominis sui famam sibi comparabat, ut ad moderandam Caroli V. Cæsaris conscientiam seligeretur, quem etiam comitabatur in Germaniam, ubi ab eodem hæresis ibidem impune grassantis progressus edoctus, ut amplius hæreses impugnandi spatium nancisceretur, Aulam relinquendi veniam petiit, obtinuitque. Eodem tempore ad preces Cardinalis Ottonis Truchsesii Episcopi Augustani Dilinganæ in Suevia Universitatis

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

fitatis studia restaurabat, suamque operam ad obeundum Professoris munus ipsemet obtulit, ac re ipsa Theologiam publice tradidit usque ad Annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum tertium; nam hoc anno Philippus Hispaniæ Princeps, ac postea secundus hujus nominis Rex, qui Mariæ Anglorum Reginæ desponsatus erat, ad Religionem Catholicam in Oxoniensi, & Cantabrigiensi Universitatibus restaurandam eundem Petrum Sotum, aliosque duos ejusdem sacri Ordinis Theologos selegerat: cum vero Maria Regina anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo vivis eriperetur, ob funestam illius mortem hi Theologi bene cæpta profequi præpediebantur: quapropter Sotus Dilingam reversus ibidem usque ad annum a Christi nativitate millesimum quingentesimum sexagesimum primum substitit, tum vero Pii IV. jussu ad Synodum Tridentinam contendit, ubi rara eruditionis suæ specimina edidit.

§. V.

Epistola circa residentiam a Soto triduo ante obitum ad summum Pontificem per scripta.

Pallav. l. c.
Vie de D.
Barth. des
Martyrs. l. 2.
c. 10.
Kisc. p. 245.

Triduo ante obitum suum Sotus epistolam alieno chirographo, proprio

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

O ta-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

tamen figillo munitam ad summum Pontificem transmittendam exarrabat hujus tenoris :

Echard. de
Script. Ordt
FF. Præd.
Raynald. hoc
ann. n. 71.

„Beatissime Pater! Proxime ad Di-
„vini Judicis tribunal vocandus, atque
„erga Sanctitatis vestræ honorem zelo
„nunquam intermorituro accensus haud
„temere mihi persuadeo. Sanctitatem
„vestram non ægre laturam, si in po-
„stremis hujus vitæ meæ momentis fi-
„liali libertate eandem adhorter, atque
„exponam, quod nunc, cum jam antea
„meam sententiam circa Episcoporum
„residentiam declaraverim, aperte de-
„nuntiem, rem pietate, ac virtute di-
„gnam fieri, si Sanctitas sua eo rem de-
„ducat, ut sacrosancta Synodus non
„modo, cujusnam juris sit residentia
„Præfulum, aliorumque Ecclesiæ Mi-
„nistrorum disertis verbis definiat, sed
„insuper id, quod semel definitum est,
„tam Sanctitas vestra, quam ceteri omnes
„Prælati fide nunquam violanda ser-
„vent: Ut vero mentem meam adhuc
„clarius explicem, optarem, ut Cardi-
„nales deinceps nullos alios Episcopa-
„tus possiderent, nisi saltem in suis Dio-
„cesibus permanere parati sint. Hæc
„sunt postrema mea vota, ac vestri hu-
„millimi, & fidelissimi servi verba: si-
„cut enim Sanctitati vestræ diuturnam
„ac felicissimam vitam apprecor, ita
„pari-

„pariter mihi persuasum habeo, quod a- Sæcul. XVI.
 „liquando, dum Deo placuerit præ- A.C. 1563.
 „sentem vitam cum æterna commuta-
 „re, in illa postrema, atque tremenda
 „hora, cui me proximum cerno, ingens
 „animæ suæ solatium percipiat, si
 „rem, quam fieri supplico, effectui da-
 „tam recordabitur &c. (*)

Hæc epistola quantocius ad Papam
 transmittetur, cum autem illam Lu-
 dovicus Lofus hujus Patris Theologus
 descriptam teneret, brevi ea publici ju-
 ris facta est.

§. VI.

*Navagerus Cardinalis Legatus ad
 Synodum delatus.*

Die vigesima octava, seu vigesima *Pallav. c. 13.*
 nona ejusdem Mensis Cardinalis *n. 2.*

Navagerus novus Synodi Legatus Tri- *Sarp. l. 7.*
 dentum venit: cum autem non nisi die *p. 677.*
 trige- *Spond. hoc*
ann. n. 23.
Viscont. let.

(*) Studiose autem Continuator in hac e- *27. p. 249.*
 pistola prætermisit ea verba, quæ a doctissimo
 hoc Viro adjecta refert Pallavicinus: Scripse-
 rat enim, *a se vivente, ac moriente affirmari,*
Summum Pontificem cunctis Conciliis Superio-
rem esse, nec ab illis ulla ratione judicari pos-
se: opportunum a se censei, ut id pariter aper-
te defineretur; cum contrarium in seditiones,
bella, & schismata manifesto tenderet.

Sæcul. XVI. A.C. 1563. trigesima adventurus crederetur, nemi-
ne eidem obviam procedente urbem
fine omni pompa ingressus est.

§. VII.

*Summa articulorum Cæsari a Cardi-
nale Morono proponendorum.*

Pallav. u. 4.
Et 5. Sub idem tempus Cardinalis Moronus
Oeniponti serio de Synodi rebus cum
Cæsare agebat, juxta illa mandata,
quæ Roma receperat: hic itaque spe-
ciatim exponere studebat, quod Synodi
diuturnitas Diœcesibus summopere no-
xia foret, atque Principibus, populis-
que ingrata accideret, insuper Moro-
nus ad media, quibus huic malo ob-
viari possent, transiens inter alia propo-
suit, nil magis opportunum fore, nisi
ut Imperator juncta cum Pontifice ope-
ra suis Oratoribus præciperet, quate-
nus in omnibus Synodi Legatos juva-
rent. „Inde enim, prosequeretur Car-
„dinalis, fiet, ut novæ disputationes
„circa dogmata in Synodo haud ultra
„moveantur, sed potius ad solos hære-
„ticorum errores impugnandos opera
„convertatur: præterea factu optimum
„puto, si emendationis articuli de comu-
„ni consensu proponerentur, nec liceret
„cuilibet nova scripta in medium proferre:
„cum sic eveniret, ut non eadem res sæ-
„pius in quæstionem rediret: ad hæc uti-
„lissi-

„liffimum mihi videtur, fi fecundum pri-
 „mæ feffionis decretum concordi ob-
 „fervantia custodiatur, adeo, ut a Le-
 „gatis folis id proponeretur, quod op-
 „portunum erit, & a Principibus exo-
 „ptatur: porro ea morum emendatio,
 „quæ ad aulam Romanam, ac Magi-
 „stratus fpectat, acceptetur, quo pacto
 „illam ftatuiffet Pontifex, qui rigido, in-
 „tentoque animo illam adornat: nec
 „etiam in difputationem illic addu-
 „cantur ea, quæ perpauci callent, ne-
 „que Principes, eorumque Miniſtri pri-
 „vatos Præfulum conventus cogant, fed
 „potius fingulis libertatem fuæ con-
 „ſcientiæ relinquunt, quemadmodum
 „id a Pontifice factum. Demum ipſi
 „quoque Principes boni confulerent ra-
 „tionem aliquam, quæ excogitetur ad
 „reſcindendam in ſententiis explicandis
 „prolixitatem.

Sæc. XVI.
 A. C. 1563.

§. VIII.

*Cæſareorum conſilium de ſuffragiis
 per Nationes ferendis a Legato
 rejedum.*

Ad cunctas hæſce rationes Cæſaris Mi-
 niſtri hæc reſponderunt: „Cum
 „cauſſa potiffima Synodi longius pro-
 „tractæ ſit tum negotiorum, tum Præ-
 „fulum ſuas ſententias pronuntiantium

Pallav. c. 13.
 n. 7. & 8.

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

„multitudo, hinc duo media adhiberi
„possunt, quorum primum est, ne
„disceptaretur de iis, quæ in sacris li-
„teris, & Conciliis decisa habentur,
„neque ab hæreticis oppugnantur: al-
„terum autem eo vergit, ut viri docti,
„ac pii ex quavis natione seligerentur,
„qui singulorum sententias proponerent,
„præcipue cum ea sit mens Cæsaris,
„idque usurpatum fuerit in variis Sy-
„nodis antiquis, ac recentioribus, cum
„id pariter in conventibus Laicorum fie-
„ret, atque hoc etiam pacto plurimæ
„quæstiones eodem tempore discuti pos-
„sent a diversis cœtibus, adeo, ut cui-
„libet privato fas foret significare de-
„lectis hisce Patribus ea, quæ sibi in
„mentem venirent de propositis arti-
„culis, ut postea ab ipsis hoc modo dis-
„cussa, ac digesta ad generalem con-
„ventum referrentur. Ex utroque hoc
„consilio primum placuit Cardinali Mo-
„rono: „alterum vero minime proban-
„dum censuit, ideo universim respon-
„dit: „hoc remedium a Cæsare proposi-
„tum jam alio tempore executioni
„datum fuit, imo deinceps quoque u-
„surpabitur, quotiescunque congruere
„videbitur: quippe sub Paulo III. ex
„qualibet Natione seligebantur Episcopi,
„qui librorum prohibitorum indicem
„conficerent: insuper adhuc dum Lega-
„ti

„ti Congregationes particulares insti- Sæcul. XVI.
 „tuebant, quæ, dum opus erat, suam A. C. 1563.
 „potestatem ab universo Patrum Con-
 „ventu accipiebant.

§. IX.

*Papæ sententia de suspensione, &
 libertate Concilii.*

Circa alium articulum Cardinalis Mo- Pallav. n. 9
 ronius jubebatur, certum reddere & 10.
 Cæsarem, quod Pontifex Synodi suspen-
 sionem permittere nollet, quamvis ad
 eam a summis Principibus sollicitaretur,
 cum Papa sibi firmum, fixumque haberet,
 in hoc proposito persistere unice ex boni
 publici studio, non autem ex metu mali,
 quod ipsi ex propriis Nationum Synodis
 imminere posset: Ex altera parte Moronus
 hæc exponere iussus erat: „ non est, cur
 quispiam „suspicietur, a Papa suspensionem
 ideo „exoptari, ut morum correctionem evi-
 „tet, hanc enim idem ipsemet unice
 „optat, adeo, ut etiam tunc, si quovis
 „infortunio Synodus dissolveretur, ani-
 „mo suo statuerit, ut, ubicunque posset,
 „plenæ emendationis negotium perficeret,
 prout id jam experimento probavit per
 complura diplomata, quæ promulgavit,
 quorumve exempla jam missa sunt ad
 Cæsaream Majestatem „suam

Sæcul. XVI. „suam, quæ solius mali, non autem boni
 A.C. 1563. „conscia videtur.

Ceterum ad illud de Synodi liber-
 tate Pontifex hæc significari præcepit:
 „Libertas hæc tam religiose fuit obser-
 „vata, ut Patribus permetteretur sen-
 „tentiam etiam licentius promere: in-
 „super libenter Legati quemlibet Epil-
 „coporum, etiam privatim de agitatibus
 „argumentis differentem excipiunt, ac
 „designant etiam peculiare coetus jux-
 „ta Concilii voluntatem: præterea res,
 „antequam proponuntur, in consilium
 „cum Oratoribus adducuntur, ac decisio-
 „nes ex ipsorum sententia sæpe refor-
 „mantur: si vero ratione quadam dici
 „posset, quod in Concilio libertas læda-
 „tur, id mandatis per quosdam Prin-
 „cipes missis ad suarum Provinciarum
 „Episcopos, est tribuendum; ideo pe-
 „to, ut huic incommodo consulatur.

§. X.

*Cæsareorum responsa ad Pontificis
 reprehensionem.*

*Pallav. n. II.
 Es 12.*

Ad hæc Cæsaris Ministri hunc in mo-
 dum respondebant: „Cæsar a con-
 „scientia sua non redarguitur, perinde
 „ac si ulla unquam paucis illis Concilii
 „Patribus sibi addictis dedisset manda-
 „ta, per quæ ipsorum libertas minue-
 „retur: quid vero reliqui Principes
 „fecissent,

„fecissent, ipsi satis compertum non est:
 „si vero id accidisset, oportet Legatos
 „conqueri de ipsis Oratoribus, ac ejus-
 „modi Principibus, ubi id opus videbi-
 „tur, interim Cæsar spondet, se impe-
 „raturum suis Oratoribus, ut in eo stu-
 „dia Legatorum adjuvent: ipse autem
 „parato est animo ad suam etiam o-
 „peram per se ipsum impendendam, u-
 „bi hoc a se flagitaretur: hinc sperat,
 „Pontificem pariter integram liberta-
 „tem concessurum Præsulibus Pontifi-
 „ciæ ditionis, aliisque, quorum necessi-
 „tatibus Cæsar subvenire intendit, „
 His perceptis Moronus Cæsari pro-
 pter obsequiosam hanc pollicitationem
 grates rependens agebat, sperare se,
 quod exemplum Cæsaris, ejusque au-
 ctoritas maximam vim sit habitura, ut
 quivis in suo officio contineri posset.

Sæc. XVI.

A.C. 1563.

§. XI.

*Pontifex Legatorum ad se recursum
 excusans.*

In iisdem mandatis Pontifex diluebat *Pallav. l. c.*
 illam accusationem, qua crimini da-
 tum, quod Synodi Præsides in omni re
 Pontificis iudicium exquirere, proin-
 cuncta ad ejus sententiam decideren-
 tur: dicebat igitur Pontifex: „si Mi-
 „nistris omnibus consuetum est, suum
 „Principem de rebus gerendis edocere,
 „multo

Sæcul. XVI. „multo magis id observandum venit
 A.C.1563. „Legatis erga Caput Ecclesiæ in rebus
 „Religionis, cum semper in more posi-
 „tum fuerit, ut summus Pontifex de
 „gravioribus causis certior fieret: hæc
 „autem agendi ratio non adimit liber-
 „tatem, quandoquidem Decreta non nisi
 „pro majori suffragiorum numero fir-
 „mantur: in veteribus quoque Conci-
 „liis uti in Chalcedonensi, & Constan-
 „tinopolitano, non solum fuit permis-
 „sum, ut res cum summo Pontifice com-
 „municarentur, sed insuper pronuntia-
 „tæ Papæ sententiæ a Patribus subscri-
 „beretur, nec minus veteres illi, ac re-
 „ligiosi Imperatores consuevere suis
 „subditis imperare, ut fidem sequeren-
 „tur, quam Damasus, Agatho, aliique
 „Romani Pontifices tradebant: porro
 „tantum in præsentia non postulat Pon-
 „tifex, nec ejus Legati; sed unice vo-
 „lunt, ut juxta majorem Patrum nu-
 „merum Sanctiones condantur.

§. XII.

Responsum Cæsaris ad hæc Papæ rationes.

Pallav. n. 14. Verum Imperator ad hæc Pontificis
 rationes hæc in responsis dabat:
 „quamvis auctoritas constituendi in Ec-
 „clesia Decreta Fidei, & emendationis,
 „in Romano Pontifice præcipue tam-
 „quam

„quam in capite resideat: ab ipso ta-
 „men in membra quoque ea derivatur: Sæc XVI.
A C 1563.
 „idcirco consuetudo ferebat, ut maxi-
 „mæ controversiæ, etiam in Romanis
 „Conciliis decisiæ, iterum ad Oecume-
 „nicæ remittantur: porro his attendens
 „nequaquam mihi arrogo potestatem
 „ea de re quicquam definiendi, nec vo-
 „lo, sicuti dici solet, in cœlum os po-
 „nere: si vero Legatus meum iudicium
 „hac in re percipere cupit, illud hujus-
 „modi est: si quid novi negotii accidit
 „in Concilio præter ea, quæ in convo-
 „cationis diplomate leguntur expressa,
 „tum de eo consulendus est Pontifex,
 „sed aliæ res jam prævisæ, de quibus
 „credendum est amplissima mandata
 „fuisse ab ipso Pontifice tradita Lega-
 „tis, poterunt in eorum, & tot præ-
 „stantissimorum Patrum iudicio reponi:
 „secus enim timendum, ne exclame-
 „tur, haberi Concilium non Tridenti,
 „sed Romæ, nec ibidem Patrum, sed
 „illorum decreta promulgari, quæ a Ta-
 „bellariis Romanis Tridentum afferun-
 „tur. „

§. XIII.

*Moroni Legati responsum ad
 Cæsarem.*

Ad hæc rursus Cardinalis Moronus *Pallav. n. 15.*
 Cæsari hunc in modum reposuit:
 „Fieri

Sæcnl. XVI.
A C. 1563.

„Fieri non potuit, ut res tam multæ,
„& a tot, ac tam variis ingeniis pen-
„dentes præviderentur, nisi generatim,
„atque obscuro sane modo, porro cum
„Decreta res particulares ibidem de-
„finitas concernant, necessariæ viden-
„tur novæ illæ, peculiareque commu-
„nicationes: de cetero singuli Prin-
„cipes proportionem suam necessitatem il-
„lam experiuntur in arduis negotiis,
„quæ per illorum Ministros in Provin-
„ciis remotioribus agitantur: ex ejus-
„modi autem consultationibus nullate-
„nus adimitur sententiam proferendi,
„ac decernendi libertas, quæ nunquam
„a Pontifice præpedita fuit: cum au-
„tem quæstio de residentia non fuit de-
„cisa, id non Pontificis interdicto, sed
„Patrum discordiæ tribuendum,,

§. XIV.

*Alius mandati articulus circa clausu-
lam: Proponentibus Legatis.*

Pallav. c. 14.
n. 1.

In iisdem mandatis alius articulus ad-
huc diutius discutiebatur, concerne-
batque clausulam hanc: *Legatis propo-*
nentibus: Itaque Pontifex hac de re
ea, quæ sequuntur, exponi jubebat:
„Hæ voces solemniter a Patribus fir-
„matae fuere tanta omnium concordia, ut
„nunc, si jam revocarentur, infringere-
„tur auctoritas Concilii, & irrisionis
„argu-

„argumentum præberetur hæreticis, Sæcul. XVI.
 „perinde ac si aditus panderetur, ut A.C. 1563.
 „nulla quæstio unquam decidi pos-
 „set: ceterum ablata etiam hac clausu-
 „la idcirco nec magis liberum evadet
 „Concilium, sed econtrario majoribus
 „tumultibus, & confusione fiet obno-
 „xium: vera siquidem, salubrisque li-
 „bertas ordini, ac regulæ non adversa-
 „tur: porro hunc ordinem in cunctis
 „Synodis fuisse constat, imo etiam in
 „omnibus Collegiis servatur, adeo, ut
 „hujusmodi exemplum, si Principibus
 „hujus clausulæ suppressio concedere-
 „tur, ingenti detrimento foret cunctis
 „conventibus Ecclesiasticis, ac Laicis,
 „adeoque totius humani generis gu-
 „bernationi obesset: insuper etiam si pro-
 „ponendi libertas oratoribus concede-
 „retur, in rem Principum nihil confer-
 „ret, cum ex voluntate Pontificis præ-
 „sto forent Legati ad cuncta ipsorum
 „postulata suo tempore proponenda. „

§. XV.

*Cæsaris responsum ad hunc arti-
culum.*

Ceterum responsio Cæsaris fuit hu- *Pallav. c. 14.*
 jusmodi: „certum est, quod prima- *n. 1.*
 „ria proponendi facultas penes Ponti-
 „ficem, ac Præsides resideat, videtur
 „tamen, post hos etiam ceteris sua pro-
 „feren-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563

„ferendi licentiam esse concedendam:
„nolo autem nunc subtiliorem disputa-
„tionem hac super re instituire, sed
„quoniam Synodus ea verba posuerat,
„reverenter eadem accipio, nec recu-
„sabunt mei Oratores ad Legatos ea
„deferre mandata, quæ illis commissu-
„rus sum nomine meo proponenda: in-
„super iidem omnia, quæ Præsides ex
„adverso opponent, lubenter excipient,
„& consilium ipsis pergratum erit: in-
„terim id fiat salvo omni meo jure, &
„reservata mihi hac potestate, ut tunc,
„ubi recusarent Legati res a me pro-
„positas ad Concilium referre, & in sua
„ipsi sententia persisterent, fas mihi
„sit easdem per meos ministros pro-
„ponere, cum id mihi tanquam prima-
„rio Ecclesiæ Advocato licitum erit:
„quoniam vero intelligebam, id Ponti-
„fici minime displicere, hinc optarem,
„ut apertis verbis id declararetur. „
Tum Legatus promissum confirmabat,
subjungens tamen, quod opus non sit
novo Concilii Decreto circa hanc rem,
cum absque illo ejus observatio, quæ
solum Cæsarem tangit, haberetur, & ea
nova declaratio tam de re, quam mo-
do, quo fieret, plurimum contentionis,
perturbationis, & cunctationis afferre
posset.

§. XVI.

§. XVI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

Papæ responsum ad reformationis articulum a Cæsare propositum.

Pallav. n. 6.

Succedebat sermo tangens reformationem capitis, quod æque, ac membra emendari Cæsar postulabat: ad hunc itaque articulum Moronus Cardinalis hæc respondere a Papa juebatur; „Pateratus est Pontifex ad libenter excipienda Cæsaris consilia, sed non potest de hoc agi in Synodo, quin simul agatur de Pontificia auctoritate, quod ab animo Cæsaris longe aberit: nam nunquam in more positum comperitur, a Concilio Pontifici normam præscribi, præsertim vero dum hic ad semetipsum reformandum præsto est, idque reipsa perficit. Ceterum fas non est Concilio, legem Pontifici præscribere, quando omnis Concilii sanctio eatenus vim legis obtinet, quatenus a confirmatione Pontificis illam vim accipit, porro sicuti magnam absurditatem redoleret, si imperii subditi velent Imperatori legem imponere: ita multo minus inest Laicis Principibus potestas, vi cujus legem dare Pontifici possent: quinimo Ecclesiæ mos constans fuit, ut Pontifices suas constitutiones comprobante Concilio ederent, Imperatores vero illis subscriberent, & „exe-

Sæc. XVI.

A.C. 1563.

„exequendas curarent : ideo obstringi-
 „tur Cæsar, tanquam Advocatus, ac
 „propugnator Ecclesiæ, ut illius capiti
 „patrocinetur, nec se jungat illis,
 „qui eidem adversantur; neque par est,
 „ut Principes emendationis, ac Reli-
 „gionis obtentu studeant in Concilio
 „mercaturam exercere. „ His verbis
 indicabat Papa Pontificiæ auctoritatis
 diminutionem ab illis tentatum iri ob
 rationes politicas, sive ut ad se eam
 traherent, sive ut gratificarentur hæ-
 reticis.

§. XVII.

*Cæsaris responsio ad omnes hujus man-
 dati Pontificii articulos.*

Pallav. n. 7.

Ad hujusmodi caput Ferdinandus Im-
 perator his verbis respondit: „ Ea
 „res est inter ceteras maximi ponderis:
 „dubitari enim non potest, quod emen-
 „datione opus sit non solum membris
 „Ecclesiæ universalis, quæ jam a Sy-
 „nodo incepta fuerat, sed etiam Capi-
 „ti, quod est Ecclesia Romana, & ipsius
 „Episcopus: non autem est mens mea
 „per ea verba viventem notare Pontifi-
 „cem, quem maximi æstimo, prout u-
 „niversum hominum genus eundem o-
 „mnimodis veneratur: ideo generatim
 „loqui volo: De cetero extra contro-
 „versiam ponitur, plurimos abusus in-
 „ductos

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

ductos fuisse per Pontifices, qui dispensationes prodigebant, nec minus inducebatur delictorum impunitas, immunitatum frequentia, sacerdotiorum multitudo, & pecuniæ cupiditas, qui abusus suppeditaverant magna ex parte ansam recentium hæresium incrementis: hinc arbitror, nec Pontificem pro sua sinceritate, ac probitate id inficiaturum: hæc si ita sint, manum nequaquam, ut jam præmiseram, ad movendam censeo emendationi in ipso Pontifice, nec pariter in iis, quæ spectant ad ipsius temporariam potestatem, ejusque Ecclesiæ administrationem; nam hæc ipsi cum Cardinalium senatu relinquenda venit, interim reformatio institui debet circa alia negotia ad Ecclesiasticum regimen pertinentia, quæ ab Aula Romana in reliquum Ecclesiæ Corpus influunt: Variant equidem sententiæ de Concilii auctoritate, hinc par mihi non est, super iis argumentis in arduam cum Pontifice disputationem congregari, sed solum ex debita filii erga Patrem reverentia, & amore monito, tametsi Pontifex ad id stricto jure non obstringeretur, Christianarum tamen gentium conditio ejusmodi nunc est, ut teneatur Pontifex seipsum vincere, rerumque necessitati ex par-

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

P „ te

Sæcul. XVI. „te indulgere: dubitandum enim non
A.C. 1563. „est, per faciliorem, majorisque aucto-
 „ritatis rationem posse opus illud perfici
 „a tot præstantissimis, ac sanctissimis
 „omnium nationum Præfulibus, in quos
 „nulla infidelitatis, aut fœcordiæ suspi-
 „cio cadere potest; cum tamen id i-
 „psum Romæ a nonnullis Cardinalibus,
 „& Prælatibus, Pontificem adjuvantibus
 „fieri haud valeret; nam melius a plu-
 „ribus aliena caussa agitur, quam pro-
 „pria ab uno, paucisve, & infuper id
 „quod omnium interest, ab omnibus
 „comprobari debet. Ceterum cum mi-
 „hi ostensæ fuerint sanctissimæ Leges,
 „a Pontifice circa suam Aulam latæ,
 „plurimum id profuturum censeo, si
 „cum Synodo communicarentur, ut per
 „auctoritatem ipsius, cui tot Princi-
 „pum Oratores adsunt, tuto quasi mu-
 „nimine obfisteretur molitionibus, quæ
 „ab illorum ministris adhiberi consue-
 „verant adversus Sacrosanctam illam
 „emendationem, cum sic gravissimæ
 „querelæ cohiberentur, quibus difficul-
 „ter alibi quam in Concilio apte con-
 „suli posset. „

§. XVIII.

*Vox Caput ex Caesaris scripto Le-
 gati jussu deleta, ejusque re-
 sponsum ad reliqua.*

Poxe

Porro Moronus Cardinalis, cum ex Sæcul. XVI.
A. C. 1563.
Pallav. n. 8.
Cæsare intelligeret, quod circa summi Pontificis Personam nulla emendatio peteretur, hac declarationis opportunitate usus postulabat, ut e scripto Cæsaris sibi tradito eraderetur vox illa, *in Capite*, ne id, si forte scriptum illud in manus hæreticorum deveniret, in pejorem partem traheretur. Annuit Imperator, unde hujus vocis loco alia verba fuere subrogata: Ad reliqua vero sic respondit Cardinalis: „ de cunctis corruptelis a Cæsarea Majestate sua enumeratis decretæ jam sunt, & in posterum decernentur in Concilio idoneæ emendationes: duo tamen a reformationis negotio excipiuntur, electio Pontificis, & Cardinalium creatio, porro id ipsum fit ob varia atque opposita nationum ultramontanarum studia: hinc non licet de his agere in Synodo sine periculo aut gravis diffidii, aut alterius forte incommodi magis noxii: si vero Cæsarea Majestas in Comitiorum diplomate clausulas aliquas desideraret, Pontifex illius rationes lubentissime audiet: quin imo antea quidem omissurus fuisset idem diploma Concilio proponere, ut illud simpliciter comprobaretur, quin tamen expenderetur, nisi veritus esset, ne ab exigua rei peritia, & a contrariis

Sæcul. XVI. „riis animorum affectionibus dissensio,
A.C. 1568. „ac mora crearentur: de cetero, cum
 „a Pontifice derivetur in Patres refor-
 „mandi potestas, æquum non est, ut ipsi
 „postea velint ex sua ipsorum auctori-
 „tate in disputationem adducere ea,
 „quæ per summam curam, ac maturi-
 „tatem ab eodem Pontifice statuta
 „fuerant. „

§. XIX.

*De Cardinalium creatione, & electione
Episcoporum.*

Pallav. n. 10.
§ II. Tum ad Cardinalium electionem pro-
 cedebant mandata, in quibus Pon-
 tifex hæc exposuit: „Fieri nequit, ut
 „eorum numerus restringatur, quem-
 „admodum Cæsaris epistola proponit:
 „etenim cum illorum dignitati perpe-
 „tuitas debeat, nec par sit, Pontifi-
 „cem obstringi, ut iis tantummodo con-
 „siliariis, ac Ministris uteretur, qui
 „sub ejus Prædecessore rerum summam
 „moderabantur, hinc eidem fas esse
 „videtur novos creare: præterquam
 „quod ad id etiam sæpe Papa compel-
 „latur & Principum deprecationibus,
 „& Præsulum meritis: Ceterum in a-
 „nimo nunc Pontifex non habet, a-
 „lios ad eum ordinem assumere: si ta-
 „men hoc ageret, ipse, quos oporteret,
 „selegeret, & præsto esset ad conficien-
 „dum

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„dum diploma de conditionibus huic
„dignitati necessariis., Huic articulo
nil opponeretur, post eum vero propo-
situm de Episcopis eligendis sermo erat
in hoc scripto, ubi rogabatur Cæsar, ut
eandem ipse rationem de iis haberet,
qui ad ipsius nominationem promove-
rentur. Hanc in rem Cæsar prolixam
dissertationem exhibuit, recensitis con-
ditionibus, quibus ex hominum pruden-
tum ac Religiosorum sententia opus
haberet is, qui sacras Insulas susciperet;
denique Imperator differebat de nimia
licentia, quæ in Clericorum collegia
irreperat ex eo, quod eorum complu-
res Episcoporum potestati subtraheren-
tur. His Legatus reposuit, ea omnia
in Synodo expensum iri, jamque ab ea-
dem in suis decretis de reformatione
prospectum esse.

§. XX.

Articulus de residentia propositus.

Postea summus Pontifex circa articu- *Pallav. n. 121*
lum de residentia subjungi præce-
pit, quod hæc quæstio, si residentia
juris divini foret, haud inutilis crederetur,
ac maluisset Pontifex, ut nunquam
hæc controversia fuisset excitata, dum
tamen ea jamjam agitari cæpta est, æ-
qui, bonique se consulturum promitte-
bat Papa, ut residentia declararetur ne-
cessaria

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

cessaria, insuper spondebat, se curaturum, ut hæc lex ab ipsis etiam Cardinalibus observetur: ad hæc reposuit Cæsar: „Tametsi fatius forte fuisset ab initio „quæstionem illam prætermitti, nunc „tamen eo deventum est, ut nefas esse „videatur ipsam dissimulare, cum præter decreti promulgationem aliud non „desit: id vero necessarium censetur, „ut, cujuscunque sit juris sive divini, „sive humani, intelligant Episcopi, se ad „residendum obstringi, de quo, si nihil „decerneretur, fortasse dubitarent. „Ad hæc breviter Legatus operam ejusmodi a se sponderi respondit.

§. XXI.

Papæ excusatio de sua a Tridentino Concilio absentia.

Denique postremus hujus mandati articulus complectebatur rationes, ob quas summus Pontifex Tridentum venire præpediebatur, quamvis Cæsar illum eo ire invitasset: porro hæ rationes ad sequentia capita redigebantur, ac primo caussabatur suam senectutem, ac sanitatem minus firmam. II. Obtendebat Papa rigidam Tridentini aeris inclementiam: III. dicebat, quod locus omnis a Concilio occupetur, adeoque capax haud foret duplicis aulae tam amplæ. IV. Prætexebat indignita-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

gnitatem, qua Pontifex, & Cæsar, ille
Ecclesiæ, hic Imperii Caput in loco
morarentur, ubi ingens est agendi li-
bertas. V. Allegabat pericula propter
Germanorum hæreticorum propinqui-
tatem, & propter fœdera, quæ cum i-
pſis inſit Princeps Condæus, Gallorum
Hugonottarum Dux in Galliis. VI. Pon-
tificem retinebat neceſſitas, qua tunc
Roma urgebatur, ut propinquum ſibi
Pontificem haberet ob Turcicam claſ-
ſem, utpote quæ exſenſionem minitaba-
tur: ob ſequentes vero rationes Ponti-
fex Cæſari auctor erat, ut potius Bo-
noniam veniret, eoquod poſſet Cæſar
ſine armorum apparatu, & cum exiguo
ſumptu eo venire per ſuam ditionem,
ſi Mantuam uſque iter haberet, quo-
niam vero Pontifex eidem obtuliſſet,
quod Bononiæ æque ac ipſe dominare-
tur, hinc timendum Cæſari non eſſet
Germaniæ cauſſa, cum ibi relinqueret
filium ſuum, quem Romanorum Regem
jam electum omnes Germani amore,
ac ſtudio proſequuntur: Inſuper inquie-
bat Pontifex, quod Cæſar hoc iter poſ-
ſet peragere cum Germanorum lætitia,
eoquod illud ſuſciperet emendationis
gratia tantopere ab illis efflagitata, quæ
reiſa perficeretur, translato in eam ur-
bem Concilio. Poſtremo Pontifex da-
tis hiſce mandatis hæc ſubjunxit: „ec-

P 4

„qui-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„quidem apud me statueram, quod in
„Ecclesia reformanda nec sanguinem
„nec privatorum utilitatem spectare ve-
„lim, ubi tamen agitur de lædenda
„sacræ Sedis auctoritate, eandem ut-
„pote non ab hominibus solum, sed a
„Deo mihi tributam, labefactari nun-
„quam permittam, cum idipsum non
„sine gravi noxa concedere valerem.

His peractis Cæsar ad Moronum
Legatum circa Pontificis accessum ad
Tridentinam urbem hæc rescripsit:
„Quamquam amplissima bona ex San-
„ctitatis suæ accessu ad Concilium spe-
„rari possent, percepta tamen, quæ oc-
„currit difficultate, illam stimulare de-
„sisto: de suo autem Bononiam adven-
„tu, si duntaxat ad meam coronatio-
„nem eo pergeret, ac id temporum con-
„ditio permiserit, neutiquam hoc iter
„recusabo, ne desim meo muneri, inci-
„tatus majorum meorum exemplo, &
„debito gratæ submissionis, ac obser-
„vantiae studio erga eum Pontificem,
„cujus paternæ benevolentiae argumen-
„ta tam præclara obtinui: cum vero
„illic universalis Ecclesia reformanda
„esset, atque arduum, ac diuturnum o-
„pus illud existeret, levi manu, ac festi-
„vanter pertractari haud poterit, cum
„tamen ne brevi quidem temporis spa-
„tio mihi liceat Germaniæ terga ver-
„tere,

stere, multis ibi occultis molitionibus Sæcul. XVI.
 ,fervescentibus, quæ nisi celeriter ex- A C. 1563.
 ,tinquarentur, universum Imperium op-
 ,primere potuissent: nec satis est Ro-
 ,manorum Regis præsentia, eoquod se-
 ,dandis Hungariæ tumultibus ipsemet
 ,distentus sit, ac semper in more posi-
 ,tum fuerit, ut majoris momenti ne-
 ,gotia de rebus Imperii ad ipsum Cæ-
 ,sarem deferrentur.,

§. XXII.

*Secretum Legati colloquium cum
 Cæsare.*

Hæc Ferdinandum inter, & Legatum Pallav. cap.
 præsentibus Cæsareis Ministris hu- 15. n. I.
 cusque fuere agitata, evoluta autem
 quodam temporis spatio Moronus cum
 eodem Imperatore secretum habebat
 colloquium, in quo multis præmissis, ac
 dilucidatis quæstionibus tandem in se-
 quentes articulos utrinque conventum.

§. XXIII.

*Articuli Cæsaris, & Legati consensu
 stabiliti.*

I. Cunctis Synodi Patribus plena re- Pallav. n. 3.
 linquatur libertas in ferendis sen-
 tentiis. II. Digressiones vagæ, & ad
 rem non pertinentes præcidantur. III.
 Patres teneantur ad suas opiniones mo-
 deste

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.
deste proponendas, quod pariter Cæsar suis Præsulibus injunxisse affirmabat. IV. Pontifex relinquat Concilio, sicut promiserat, integram ad res decidendas libertatem. V. Serio reformationis decreta perficiantur. VI. Quæstio de residentia, an, vel non sit de jure divino, decidatur. VII. Cum antea Synodi nonnisi unus a secretis esset, nunc duo usque ad Concilii exitum nominarentur, & hic recens adjunctus Pontificis, & Legatorum auctoritate eligatur. VIII. Prospiciatur Episcoporum electioni, atque immunitati, qua Collegia se ab eorundem Ordinariis exempta contendunt. IX. Cæsar Bononiam ad suscipiendam a Pontifice coronam Imperialem petat, si id negotiorum gravitas permittit.

§. XXIV.

Alii articuli inter Cæsarem, & Legatum controversi.

Pallav. c. 15.
n. 4. 5. 6. & 7.
Præter omnes hosce articulos scripto traditos insuper utrinque conventum, quod Imperator, si forte Romana Sedes vacaret extante Concilio, & idem in vivis ageret, impenderet omnes vires suas, ut sacrum Collegium semper antiquum creandi novi Pontificis jus retineret. Ceterum tria adhuc erant capita, circa quæ tunc nondum mutuus

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

mutuus erat consensus, quorum primum erat, an in conventibus per Nationes suffragia ferrentur? Alterum autem concernebat clausulam *Legatis proponentibus*, circa quam Cæsar declarationem fieri petebat. Tertio denique quærebatur, an reformationis diploma a Papa conficiendum Synodi iudicio subiceretur? Circa hosce tres articulos Moronus nihil cum Cæsare concluderat, sed die duodecima Maji Oeniponto discessit, Moteram tamen veniens, hac super re literas ad eundem Imperatorem dedit, illum hortatus, ut tria hæc capita urgere nollet: suam vero epistolam Moronus ad Delphinum Nuntium dirigebat, ad primum articulum respondens, decreta a Synodi Præsidibus sancita immutari haud posse, nec æquum videri, quod unus, aut alter ex Anglis, & Hibernis, qui in hoc Concilio sunt, auctoritatem obtineant triginta Gallorum, aut Hispanorum Præsulum auctoritati parem, memoratis nequidem Italis: His addebat: „non est „in Principum, quin ne ipsius quidem Romani Pontificis potestate, in „Synodos Patribus invitis novum morem inducere: si vero per Nationes „suffragia fuere data in Constantiensi „Synodo, id ideo factum, quia tum in „Ecclesia Pontifex non erat; Con-
„lium

Sæcul. XVI. „cilium vero Basileense nequaquam hunc
 A.C. 1563. „morem sequi voluit, præterea incon-
 „grue dicitur, quod hac opinandi ra-
 „tionē res citius expediri possent; quippe
 „certum constat ex adverso, quod solum
 „tantæ novitatis exemplum longe diu-
 „turnius tempus sibi vendicaret, quam
 „inde ex re confecta utilitatis hauriri
 „valeret, nec sufficit, quod affirmet
 „Cæsar, rem a se reponi in Pontificis,
 „Legatorum, & quorundam aliorum
 „judicio: nam solus rumor, quo hu-
 „jusmodi consilium a Cæsare foveri
 „spargeretur, jam sufficiens esset ad gra-
 „ves turbas ciendas.

Ad alterum articulum ita respon-
 dit: „hæc clausula absque Concilii de-
 „decore, & violatis Principum juribus
 „immutari nequit, si vero Oratoribus
 „proponendi facultas concederetur, qua
 „ratione Episcopis denegari posset?
 „exinde autem ingens oriretur pertur-
 „batio. Denique ad tertium ac postre-
 „mum caput rescripsit Moronus: pat-
 „non est, ut Pontifex aliorum judicio
 „subderet id, quod ipse mature, & de
 „sententia præclarissimorum hominum
 „stabilierat; præsertim cum Patres
 „Concilii nullam, aut exiguam ha-
 „beant experientiam de opere illo non
 „minus arduo, quam singulari, cum
 „nunquam ea de re actum fuisset in
 „Syno-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„Synodis nisi præfente Pontifice, nec
 „id innovari posset sine gravi Sedis
 „Apostolicæ detrimento, si vero Cæ-
 „sarea Majestas, per eam Constitutio-
 „nem obstaculis, quæ Principes con-
 „tra abusus injiciebant, haud satis con-
 „suli existimet, atque opportunum ar-
 „bitretur, ut res Concilio proponere-
 „tur, tunc penes Cæsaream Majesta-
 „tem erit, declarare ea, quæ ad hosce
 „Principes spectant, quorum omnium
 „certe ratio habebitur: hæc autem
 „Cæsareæ suæ Majestati serio perpen-
 „denda proponeret, rogaretque, ne le-
 „gationem hanc suo successu frustrare-
 „tur, sed potius suæ pietatis, sui que
 „erga Sedem Apostolicam affectus, at-
 „que in communem utilitatem studii
 „specimina ederet, a quibus unice pro-
 „sper Synodi exitus dependeret.”

§. XXV.

*Cæsaris responsum ad Moroni Car-
 dinalis literas.*

Altera die decima tertia Maji Impe-
 rator perlecta hac epistola ad Mo-
 ronum hæc perscripsit: „Per Nationes
 „suffragia esse danda non alio ex fine
 „propofui, nisi quia tu ipsemet a me
 „consilium petieras de modo longiores
 „quæstiones, ac disputationes decli-
 „nandi: de cetero mihi minime per-
 sua-

Pallav. c. 15.
num. 8.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

„suasum est, unum, aut alterum ex
 „Anglis æqualem obtenturos auctori-
 „tatem seu triginta Præfulum ex aliis re-
 „gionibus parem; sed potius cenſeo,
 „ut ea, quæ ſelecti Patres digeſſerant,
 „in Synodo poſtea referantur, ut pro
 „majori ſuffragiorum numero cuncta
 „aut comprobentur, aut rejiciantur:
 „hæc autem omnia a me ſunt propoſita
 „duntaxat ut conſilium ſuggeram, non
 „autem ut mandatum imponam. Ce-
 „terum earum vocum, *Proponentibus*
 „*Legatis*, diſertam quidem declaratio-
 „nem fieri exoptabam; ſed ut animum
 „meum Legato obſtrictum patefaciam,
 „contentus ero, dummodo mihi con-
 „cedatur facultas communicandi Præ-
 „ſidibus mea poſtulata, quæ ipſus in
 „utilitatem ditionis meæ fore arbitror,
 „ut Præſidum ſententiis auditis per
 „ipſosmet ea proponantur, ſi vero, quod
 „futurum minime ſpero, illi hoc facere
 „recuſarent, poſſent ea uti facultate
 „mei Oratores, quod pariter ceteris
 „Principibus conſeſſum iri conſido.”

Hoc Cæſaris reſponſum eadem die
 decima tertia Menſis Decembris Nun-
 tio Delphino redditum ad Moronum Le-
 gatum tunc Moteræ prope Oenipontum
 adhuc hærentem tranſmiſſum eſt, quo
 accepto Cardinalis ingenti lætitia af-
 fectus

fectus pro responso tam obsequiosis ver- Sæcul. XVI.
bis concepto grates rependit. A.C. 1563.

§. XXVI.

*Navagerus Legatus reformationem
urgere a Lansaco importune
sollicitatus.*

Quamvis præcipuus Synodi Præses *Pallav. c. 16.*
non dum Tridentum reversus esset, *n. 3. l. 20.*
nihilominus Galli morum emendatio-
nem importunius petebant; nam Lan-
sacus Navagero hæc exposuit: cum tan-
quam Regis Orator Romæ degerem,
compertum mihi erat, quod Pontifex
tam bene animatus sit ad Ecclesiam
reformandam, ut in Gallias regref-
sus, regnum universum eo nuntio ex-
hilararem: nunc vero contristor ex ani-
mo, quod cernere cogar, tam lente
rem progredi, ideo, dum Vestra Emi-
nentia ad munus illud obeundum
missa fuerat, ipsam rogavi, ut digna-
retur celeriter opitulari tantæ necessi-
tati tantisque votis Christianæ Rei-
publicæ, ac potissimum Galliæ Regni
calamitatibus. Ad hæc legatus re-
posuit Lansaco, eum sic alloquens,
nunquam a te tam vehementer com-
mendari poterit hujusmodi negotium,
ut non impensius jam antea illud a
Pontifice fuerit commendatum, præ-
teritæ autem cunctationis certam ra-
tio-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„tionem reddere nequeo; quippe non
„adeo pridem adveni, ac rerum ge-
„starum ignarus sum, de iis autem,
„quæ postea agentur, me vadem con-
„stituo, quam primum Collega meus
„Cardinalis Moronus reversus fuerit:
„interim autem a selectis Patribus ar-
„gumenta præparabuntur.

§. XXVII.

*Musottus Secretarius Roma Triden-
tum reversus.*

*Pallav. n. 6.
Visconti
lett. 29.
pag. 273.
Sarp. l. 7.
pag. 680.
Spond. hoc
ann. n. 28.*

Interea Philippus Musottus Roma die
quarta Maji reversus est; illuc enim
eum Lotharingus Cardinalis ablega-
bat, postquam ei nuntiatum fuerat, quod
a Papa crederetur Antesignanus illo-
rum, qui ejus auctoritati adversantur.
Huic Secretario Pontifex literas trade-
bat deferendas, in quibus significabat,
quod persuasus sit de pia Lotharingii
voluntate, gratumque habeat, quod sepo-
sitis Ordinis, & residentiaë materiis de
emendatione ageretur. Hæc epistola
cum ingenti voluptate a Gallis percepta
per ipsum Cardinalem Simonettæ Le-
gato communicabatur, ut juncta cum
eo opera de opportunis mediis consul-
taret: verum Cardinalis, cum op-
posita haberet Pontificis mandata, rem
usque ad Moroni reditum distulit.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

*Reginæ Scotiæ epistola in Patrum
conventu prælecta.*

Lotharingius hac mora offensus liber-
tatem pariter adimi querebatur, *Pallav. c. 16. num. 7.*
innuens, haud difficulter deprehendi
posse, quod Roma expectarentur iussa de
singulis, & minimis quibusve ne-
gotiis, ac sola Romana aula, non au-
tem Concilium iudicaret, & decideret.
Hic ergo cardinalis ut tandem plac-
retur, die decima Maji etiam non ex-
spectato Moroni adventu Congregatio
habebatur, in qua recitata fuit Reginæ
Scotiæ Epistola, quam Lotharingius
Cardinalis exhibebat. In ea Regina
declarabat, quod se Concilio submit-
teret, ac perpetuam Sedi Apostolicæ
obedientiam polliceretur: demum se
excusabat, quod ex suis Præsulibus nul-
lum ad Synodum Tridentinam mittere
potuerit. Recitatis hisce literis Lotha-
ringius Cardinalis Scotiæ Reginam am-
plis elogiis honorabat, ac præcipue
suum Religionis studium deprædicabat,
fufiusque vexationes, quas sibi inde
accerferat, enarrabat. Ad hæc pari
eloquentia Promotor Synodi nomine
respondit, adeo, ut tota hæc Congre-
gatio partim in commendanda, & par-
tim

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

Q tina

Sec. XVI. A. C. 1563. tim excusanda Scotiæ Regina absumetur.

§. XXIX.

In Patrum conventu actum de Corruptelis in Ordinis administratione irrepentibus.

Pallav. l. 20. c. 16. n. 8.
Psal. p. 381. Die undecima ejusdem Mensis rursus alia habebatur congregatio, in qua de abusibus circa Sacramentum Ordinis irrepentibus agebatur, quam in rem quatuor conficiebantur capita, quæ vix proposita tantis controversiis erant obnoxia, ut hac super re nihil decidetur: porro Cardinalis Lotharingus hanc diffensionem edoctus quatuor alios proponebat articulos, quos tamen proponere ægre permittebatur.

§. XXX.

Lotharingii Cardinalis Oratio circa hoc argumentum.

Pallav. n. 9. Psalm. l. c. Lit. Legat. ad Borrom. 13. & 14. Maji apud Pallav. l. c. Lotharingus hunc in modum perorabat, & primo loco dicebat rite statuendum, quænam sint hauriendæ novitæ de Episcopis promovendis, quæve dotes tam in ipsis, quam in aliis minoris notæ ministris Dominus Deus postulet: porro ad id varia Scripturæ exempla proponebat Cardinalis, ac postea electionem Episcoporum tunc a Romano Pontifice usurpatam, improbabat

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

tanquam minus perfectam, simulque
 criminabatur nominationem Principum,
 & Capitulorum, tanquam perniciosam,
 plerumque absque consilio habitam,
 nec infrequentet utilitatis gratia factam.
 Verumtamen perhonorificam Caroli V.,
 & Philippi Regis mentionem fecit, eos-
 que ab his defectibus immunes decla-
 ravit, addidit tamen, adeo cordatos Prin-
 cipes, prout hi ambo essent, ægre ad-
 modum posse reperiri: Scotorum demum
 Reginæ Nepti suæ non pepercit, ita
 effatus: „si vetantur mulieres in Ec-
 „clesia loqui, quanto magis prohibentur
 „Præfectos Ecclesiæ ad dignitates de-
 „stinare? quinimo Lotharingius nec se
 ob reverentiam in suum Regem cohi-
 buit, ne pronuntiaret, se, tametsi ve-
 terem Regis consiliarium, & ab eo
 summis beneficiis affectum, a conscien-
 tia tamen compelli, ut fateretur, in
 Episcopatum distributione plurimum
 in Galliis erratum fuisse, nec sibi pro-
 bari aiebat habitam a populo electio-
 nem, sed exquirendam esse formam
 quamdam, quæ, quantum fieri posset,
 ad normam a Christo, & Apostolis tra-
 ditam accederet: his dictis quatuor
 capitum, seu Canonum, quos ipse ex-
 cogitaverat, summam proposuit, ac po-
 stremo acriter investus est in Episco-
 pos ex mero titulo electos, præsertim

Q 2

cum

Sæcul. XVI. cum interdum duo Episcopi, ac duo
A.C. 1563. Patriarchæ ejusdem civitatis consti-
 tuantur, uti sunt Patriarchæ Constan-
 tinopolis, aliarumque Urbium in Græ-
 cia, quamvis enim eorum alter esset
 schismaticus, confirmationis tamen, Or-
 dinumque collationem ab illo exercitam
 ratam haberi inquiebat, adeo, ut tunc,
 cum græciam reconciliatum iri spes sit,
 contingere posset, quatenus duo ejus-
 dem Ecclesiæ Sponsi Concilio interlint.
 His addidit: „Episcopi titulares, per-
 „inde ac alii, jurejurando se obstrin-
 „gunt in sua consecratione, ut populo
 „sibi commisso Verbum Dei annun-
 „tiant, sed in hoc Spiritui sancto men-
 „tiuntur, quippe se id nunquam præsti-
 „turos probe agnoscunt: proin censeo,
 „aut illos sacris Ordinibus initiandos
 „non esse, aut mittendos ad suas Dice-
 „ceses, quamvis infidelibus Principi-
 „bus subjectas, cum Episcoporum sit,
 „paratum animum gerere ad Marty-
 „rium pro suo grege tolerandum, quem-
 „admodum egerant Episcopi Redempto-
 „ris ætati propinquiores; idcirco hu-
 „jusmodi Episcoporum umbras ab Eccle-
 „lesia esse removendas arbitror.”

§. XXXI.

*Lotharingius contra Cardinales Epi-
 scopos declamans.*

Postea

Postea ceterorum Patrum nonnulli
 suas proferebant sententias, qui-
 bus perceptis Lotharingius Cardinalis
 suum sermonem his verbis prosecutus
 est: „Videtur absurdissimum esse, Car-
 „dinalibus Diaconis Episcopatum com-
 „mitti, abominandum siquidem est,
 „ut is Episcopatum obtineat, qui Epi-
 „scopus esse non vult, nec minus disso-
 „num est, tametsi magis tolerandum,
 „Ecclesias commendationis titulo tradi
 „Cardinalibus Presbyteris, qui tamen
 „illic residere debent: ceterum præsto-
 „sum ad Archiepiscopatum Rhemen-
 „sem dimittendum, ita tamen, ut tunc,
 „si Cardinali fas non sit Episcopatum
 „retinere, libentius purpureum pileum
 „deponerem, ut Ecclesiæ meæ deser-
 „virem.,” Postea idem hinc arrepto ar-
 „gumento de Cardinalibus differens, cen-
 „suit, non ante vigesimum septimum æ-
 „tatis annum eos esse creandos, aut
 „saltem nonnisi ætate Diacono præ-
 „scripta: insuper oportere ajebat Epi-
 „scopos consecrari, & eos potissi-
 „mum, qui intersunt Synodo, cum hæ-
 „reticis gravi esset offensionis, quod in
 „caussis Religionis ii judicent, qui pote-
 „statem imponendi manus non habent,
 „& pene sunt laici; eapropter Decretum
 „edendum esse voluit, ut ii aut quanto-

Sæcul XVI.
 A. C. 1563.

Pallar. n. II.
Sarp. p. 681.
Psal. p. 387.

Q 3

civ

Sæcul. XVI
A C 1563.

cuis consecrentur, aut Episcopatu priventur, aut certe jure suffragii in Synodo careant. Postea de dispensationibus agens, inquebat: „in Ecclesia „per quingentos annos ignotæ fuerunt „legum veniæ, ac postea tamen nequi- „ter usurpatæ: hinc consultius fore existi- „timo, si per quinque, aut duos an- „nos ab illis abstinenceatur:„ Hanc in rem protulit Lotharingius congrega- tionem a Paulo III. contra hæc dispensationes erectam, cujus acta dein per typos vulgata fuere. Denique sermonem suum absolvit, dicens quatuor Ordinum minorum functiones constitutas initio fuisse optimo consilio, adeoque eas esse repetendas. Præterea de pluribus corruptelis cum tanta verborum contentione differebat, ut hujus conventus, licet longius protraheretur, tempus ferme solus infumeret.

§. XXXII.

Granatensis Archiepiscopi oratio circa idem argumentum.

Pallav. c. 16.
num. 12.

Absoluta Lotharingii Cardinalis declamatione Granatensis Archiepiscopus ferme in eandem sententiam perorabat, atque ex verbis, quæ Lotharingius de Cardinalibus proferebat, occasionem aucupatus, etiam ipse hæc edicere non dubitabat: „Dum agebat

„tur de Sacramento Ordinis, Synodus- **Sæcul. XVI.**
 „que potestatem in omnem terrenam **A.C. 1563.**
 „potentiam obtinebat, excepto sum-
 „mo Pontifice, qui tanquam numen quod-
 „dam in terris est, & omnia Synodi De-
 „creta censeri possunt ab ipso Pontifice
 „confecta, utpote ab illo confirmanda,
 „tum consentaneum mihi videbatur,
 „ut de Cardinalibus, eorumque condi-
 „tionibus, & electionibus ageretur:
 „nec enim, eo quod hæc procedant a
 „Pontifice, idcirco in Concilio reticen-
 „das censeo, cum alias silentio quoque
 „essent prætereundi Episcopi, qui pa-
 „riter eliguntur a Pontifice. Postea I.
 „improbabat, ab iis, quorum erat assi-
 „stere Romano Pontifici, illum eligi,
 „II. redarguebat, quod committatur Car-
 „dinalibus cura Ecclesiarum cum tanto
 „salutis ipsorum, ac Religionis discrimi-
 „ne: si tamen illis vellent frui Ec-
 „clesiis, ut ex titulo, non ex commen-
 „datione illas susciperent, monebat. III.
 „Afferebat, rationi dissentaneum esse,
 „ut ii, qui in Diocesisibus remotis præ-
 „sident, simul Romæ perpetuo degant,
 „porro hæc a se proponi ajebat, non
 „quod inde commodum sibi speraret,
 „sed cum id ad Dei Gloriam pertinere
 „existimaret, ut una saltem vox audi-
 „retur, quæ id Concilio exponeret: in-
 „super damnabat usum Episcoporum ti-
 „tula-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563

tularium, quos Ecclesia primæva ignoravit: his dictis plurimum invecus est in immunitates, ac retentiones, vulgo *Reservationes*, quas Apostolica Sedes concedebat, cum tamen hæc vocabula, ut ipse affirmavit, Ecclesiæ veteri essent ignota. Dein offensum se nonnunquam graviter fuisse testabatur, cum consideraret, leges esse temporarias, immunitates vero, ac reservationes, quæ sunt legum vulnera, esse perpetuas: tandem conclusit, quod potuerit alias existimari tempus opportunum immunitatibus, ac ejusmodi privilegiis, nunc vero tempus adsit restituendi Episcopis, quod illorum est.

§. XXXIII.

*Lancianensis Archiepiscopi sententia
de contumacia absentium Germanicæ Episcoporum.*

Pallav. n. 7.
Rayn. n. 91. Die decima septima Maji Lancianensis Archiepiscopus ansam præbuit novæ disputationi, quæ Legatis non levem inferebat molestiam; quippe hic Præsul, cum sententiam suam circa tertium Canonem de abusibus promerret, palam effatus est, Episcopos obstringi, ut per se ipsos conferrent Sacros Ordines, cum tunc, si ipsimet exacte suo munere fungerentur, Ecclesia reformaretur, eoquod tum ipsimet reside-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

residerent, gregemque suum pascere-
 at e contrario ab Episcopis Germaniæ,
 & in primis a S. R. J. Electoribus suas
 Episcopatum Infulas quasi contemni
 inquiebat: his prolatis conversus ad
 Drascovizium Quinqueecclesiensem Epi-
 scopum, hæc subjunxit: *Te alloquor,*
Reverendissime Domine, tanquam Orato-
rem Cæsaris, quænam est ratio, cur
Episcopi Germaniæ, ac præcipue Septem-
viri ad Synodum non conveniant, negligentes,
deponentesque e memoria jusjurandum
ab ipsis hac de re in ipsorum electione edi-
tum: si frenis, si stapedibus aureis utun-
tur, si cum tanta pompa, tantoque comi-
tatu obequitant, si Principes & Ecclesia-
sici, & laici sunt, cuncta hæc obtinent,
quæ sunt Episcopi, & tamen nolunt inter-
esse Concilio: si præpedirentur, oporteret
procuratores ab ipsis mitti, sicut effectum
est ab Archiepiscopo Salisburgensi, & ab
Episcopo Eistatensi, ac Basileensi, quo
pacto aliqua ex parte suo muneri satis-
facerent.

§. XXXIV.

Quinqueecclesiensis Episcopi rationes,
ob non ablegatos a Germanis ad
Synodum Procuratores.

[nde Lancianensis Archipræsul a ne- *Pallav. l. 9.*
 mine interpellatus ad reliqua argu-
 menti capita progrediebatur: absoluta
 Q 5 autem

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

autem ejus oratione Quinqueecclesien-
sis Episcopus verba faciens ita effatus
est: „Tametsi Ferdinandi tanquam Cæ-
„saris Orator non sim, ejusdem tamen
„tanquam Hungariæ Regis vices obeo:
„quapropter dum Lancianensis Archi-
„episcopus me aggressus est, a responso
„abstinere haud valeo: itaque assero,
„causam, cur Episcopi Germaniæ Sy-
„nodum non accedant, esse cuius no-
„tam, cum subit periculum, ne ipsis
„abeuntibus hæretici ditiones, ac Diæ-
„ceses eorundem occupent: causa vero,
„qua detinentur, ne suos Procurato-
„res ablegent, est hæc, quod hi ibidem,
„quasi statuæ, aut pictæ tabulæ po-
„stremum locum occupent, eisque mox
„ora obstruantur: cum autem sub Pau-
„li III. Pontificatu Præsulum Germa-
„nicorum Procuratoribus præstitum
„fuerit jus Suffragii, & etiam sub re-
„gnante hoc Pontifice semel eo
„jure usus fuisset Procurator Salisbur-
„gensis Episcopi, plane ignoro, quo pacto,
& qua de causa hoc ipsis postea inter-
dictum fuerit. Idem Episcopus id qui-
dem pluribus prosequeretur, semper
tamen intra debitæ modestiæ limites
se continuit.

§. XXXV.

*Simonettæ Cardinalis responsum huic
Episcopo datum.*

Ad

Ad hujus Episcopi sermonem Simonetta Cardinalis hæc reposuit: „Diploma Pauli III. nunquam in usu fuit, nisi quantum spectabat ad jus consularii, quantum vero ad cetera ejusdem revocatio postea est subsequuta: equidem anno priori semel fuit latum Judicis suffragium a Procuratore Archiepiscopi Salisburgensis, sed id ex errore permissum, dum vero hic Procurator illius revocationem postea cognovit, non amplius id ab eo tentatum est: ceterum Simonetta noluit absque necessitate mentionem facere duorum Diplomatum, quibus memorati Pontifices non tam irrita fecerant concessa jam privilegia, quam diserte interdixerant Procuratoribus utrumque juris in dicenda sententiæ genus, etiamsi illud ipsis deberetur: cum id odiosam speciem præsetulisset, ac si Episcopis ipsorum jura tollerentur, violata communi lege.

§. XXXVI.

Episcoporum Titularium causa a Philadelphia Episcopo propugnata.

Subsequentibus postea diebus Leonardus Pallav. c. 17. m. 9. Allerus, Episcopus Philadelphia, Eistatensis Suffraganeus, ubi locum dicendi tenuit, primo acerbe questus est, tam male fuisse habitos

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

11. 1. 1563

11. 1. 1563

Sæcul. XVI. in Patrum sententiis Episcopos Titulares, qualis ipse esset, acsi in conferendis Ordinibus, aliisque functionibus ipsi Episcoporum munia non exercerent. His adjecit, quod nunquam sibi, dum pergeret ad Synodum a Pio IV. convocata, atque administrata ab hujusmodi Legatis, & ex iis tam præclaris Patribus conflata, in mentem venerit, se ab illis tanquam membrum inutile haberi.

§. XXXVII.

Moronus Cardinalis Oeniponto Tridentum reversus.

Pallav. n. II. Cum interea hæ congregationes haberentur, Moronus Cardinalis die decima septima Maji Oeniponto Tridentum venit, eademque die cuncta, quæ cum Cæsare transegisset, ad Cardinalem Borromæum perscripsit, addiditque, quod potissimum suæ legationis emolumentum fuerit optima opinio, quam Ferdinandus Cæsar de summo Pontifice, ejusque sincera mente concepisset.

§. XXXVIII.

Sessio ad decimam quintam Junii diem prorogata.

Pallav. n. 12. Sequenti die decima nona ejusdem Mensis habito conventu Patres deliberabant, qua demum die Sessio celebrata.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

lebraretur: cum autem res ibidem proponendæ nondum satis essent discussæ, ac pro illis plene perficiendis nullum certum tempus præfigi posset, unanimi suffragio sancitum, rem esse differendam ad decimam quintam Junii, in qua certa proximæ Sessionis dies statueretur, spe concepta, quod tum omnia articulorum examina penitus absoluta forent, ac pace inter Patres revocata Oratores quoque suarum petitionum asperitatem moderaturi essent.

§. XXXIX.

Hispaniæ Orator in quodam Patrum conventu exceptus.

Die vigesima prima Maji Lunensis *Co-Pallav. l. II. cap. I. n. I.*
mes Hispaniæ Orator ad Synodum *Pjal. p. 389.*
admittebatur, qui utroque Cæsaris Ora- *Mem. pour le Conc. de Trente pag. 438.*
tore stipatus, atque ad Patrum con-
siliū introductus Regis sui literas die
vigesima Octobris anno priori datas una-
cum plena agendi facultate exhibuit,
ubi perlectis hisce literis Orator hunc
in modum perorabat: „Etsi mihi ut tali
„Oratori, hic & alias, & in hoc con-
„siliū locus debeat, qui primus est post
„Imperatoris Romani Oratorum Sedes,
„prout ante omnia testificor, ac
„protestor: verum cum hic locus, &
„ea causâ, de qua agitur, tempusque
„etiam ipsum, & Respublica sit hujus-
„modi

Sæcul. XVI. „modi, ut humanis ullis contentioni-
A.C. 1563. „bus Sanctissimus hic divinarum re-
 „rum, & salutis publicæ cursus non
 „impediri debeat, atque sit maxime
 „consentaneum, ut ii ipsi, qui ad ju-
 „vandam, suscipiendum, & præstandum
 „hoc communis causæ consilium ad-
 „sint, primum diligentissime curent,
 „dentque operam, ne quam afferant
 „contentionis, discordiæ, & secessionis
 „ullis hominibus vel minimam causam:
 „cum hæc ita sint, quod ad locum,
 „Sedemque attinet, accipio, quod da-
 „tur, eoque in præsentias & quo ad-
 „erit commodum, utar, ita tamen, ut
 „omnes intelligant, velle me prout
 „id sedulo prædico, ac protestor, ne
 „quod hæc mea moderatio, & saluta-
 „rium hujus sacri oecumenici Conventus
 „deliberationum, a me habita ratio,
 „præjudicium ullum, ulla ratione
 „dignitati, Majestati, & juri Principis
 „mei Philippi Regis Catholici, poster-
 „risve ejus afferat, neve attulisse videa-
 „tur, quominus & hoc, & alio quovis
 „tempore, ac loco, quavis causa, jus
 „id suum integrum, salvumque sit: quas
 „ob res jus id, Domini mei Philippi
 „Regis Catholici, posterorumve ejus
 „nomine, justissimam, verissimamque
 „intentionem, ut omnibus Regibus loco,
 „& honore omni præferatur, & ad has
 „&

„& alias omnes caussas, omnia loca, Sæcul. XVI,
A. C. 1563.
tempora, reservatam esse volo, ac re-
servo, ut semper ea jura, eamque in-
tentionem, & persequi, & tueri per-
inde possint, ac si hoc tempore, &
hoc loco debitus mihi, ut tali Oratori
locus, quem dixi, datus fuerit.

Postea Orator ab Antonio Covar-
ruvia, Granatensis Cancellariæ Audi-
tore, hujusmodi contestationem reci-
tari jussit, stans ante Legatos eo toto
tempore, tametsi reliqui suis in locis
considerent, ne sedem antea accepisse
videretur, quam sibi ab omni detri-
mento cautum esset ea solemnī actione.

§. XL.

*Ferrerii Responsum ad contestationem
Hispani Oratoris.*

Perlecta hac contestatione, Lunensis Pallav. n. 2.
Psalm. l. c.
Mem. l. c.
pag. 437.
Comes seorsim ab aliis Oratoribus
confedit, e regione Legatorum, ad
sinistram partem Crucis argenteæ, quæ
erecta stabat in medio Conventus, prope
mensam illius, qui a Secretis erat:
mox vero nulla interjecta mora Ferre-
rius contrariam hujusce sententiæ con-
testationem habuit, ita perorans: „si nos
hodie in hac Sancta Synodo alio loco
sederemus, quam semper Majores no-
stri, & novissime in Concilio Constan-
tientiensi, & ultimo Lateranensi, qui pri-
mi

Sæcul. XVI „mi post Imperatoris, & ante omnes
 A. C. 1563. „ceterorum Regum Oratores federunt,
 „si etiam novus hic locus, in quo nunc
 „extra ordinem Oratorum federe inci-
 „pit Clarissimus Catholicæ Majestatis
 „Orator, Illustris Comes a Luna, posset
 „nobis, aut aliis Oratoribus esse dam-
 „no: vos certe Patres Sanctissimi, qui
 „Ecclesiam universalem repræsentatis,
 „nobili vestro officio, & majorum exem-
 „plo nos omnes ad antiquum ordinem
 „revocaretis, aut saltem denuntiatione
 „Evangelica nobiscum ageretis, cum
 „autem taceatis, neque etiam huic
 „novitati intercedant clarissimi Cæsa-
 „reæ Majestatis Oratores, quibuscum
 „caussa nostra non potest non esse com-
 „munis, nos, qui hodie in ordine Ora-
 „torum, & proximi Cæsareæ Majesta-
 „tis Oratori, pristinam possessionem Regi
 „nostro conservamus, fretique fide, ami-
 „citia, & affinitate maximi, & poten-
 „tissimi Philippi Regis Catholici in Ca-
 „rolum fratrem, pupillum Regem Chri-
 „stianissimum, postulamus tantum a
 „vobis, ut hodiernum dictum, & fa-
 „ctum illustris Comitum a Luna ita in-
 „terpretemini, ne quod inde præjudi-
 „cium fieri possit antiquissimæ præro-
 „gativæ, & perpetuæ possessioni Regis
 „Christianissimi, idque in acta vestra
 „referri jubeatis.

§. XLI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

*Cujusdam Hispani Doctoris oratio
nomine Comitis Lunensis pro-
nuntiata.*

Postquam Ferrerius hanc suam peti-
tionem interposuerat, mox Petrus
Fontidonius Salmanticensis Episcopus
(*) in Hispaniæ Regis laudes prolixa
admodum oratione excurrebat, in qua
præter alia ita perorabat. Cum Syno-
dus jamjam ad finem vergeret, Ma-
jestas Catholica in hoc extremo Concilii
decurfu Oratorem misit, ut de-
nuntiaret se paratam ad agendas il-
las partes, quas Marcianus Impera-
tor in Concilio Chalcedonensi Regi-
bus dixit esse sustinendas, ut scilicet
veritatem per sacrum Concilium in-
ventam tuerentur, tumultibus ob-
staculum irent exorientibus, atque exor-
tos coercerent: cupit igitur Rex ad
felicem exitum perducere illam San-
ctam Synodum, quam Carolus V. Im-
perator ejus Paterna scientem fovit, & ut
adolesceret, summo studio elaboravit,
cujus causa bella difficillima, & pe-
riculosissima suscepit, eamque etiam
Ferd-

*Pallav. c. 1.
num. 8.
Mem. l. 6.
Lett. de
Lansac.
16. Maji
pag. 438.
Sarp. l. 3.
pag. 687.
Spond. hoc
ann. n. 28.*

(*) Is duntaxat Salmanticensis Episcopi
Theologus erat.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

R

Sæcul XVI.
A.C. 1563.

„Ferdinandus Imperator ejus Patrus
„sustentat, nec minus Rex meus nul-
„lum officium, quod a Catholico Prin-
„cipe sperari posset, prætermisit, nam
„Prælatos Hispanos misit Tridentum,
„Doctores præterea omni literarum, &
„virtutis genere præstantes, ac Reli-
„gionem in Hispania conservavit: In-
„super hæresin, per utrasque Pyrenæo-
„rum montium fauces ex vicinis Pro-
„vinciis in Hispaniam irruere conan-
„tem, propulsavit, atque ad extremos
„Indos navigare conantem repressit,
„quo omni studio commigrare cupie-
„bat, ut in ipsis Indorum animis na-
„scentis Religionis radices infingeret,
„hinc hujus Principis industria viget
„in Hispania Religio, fides, & doctri-
„næ puritas, ut afflicta Mater Eccle-
„sia, cum reliquis Provinciis erroribus
„æstuantes mæsto lustrat animo, suas mi-
„serias consoletur, dum oculos in Hispa-
„niam convertit, quam sibi portum,
„sacram ancoram, & per fugium calami-
„tatum intuetur., His dictis hic Theo-
„logus ad vota decurrens, utinam, in-
„in coercendis hæreticis Principes om-
„nes, & Republicæ Christianæ fuissent
„imitatæ, utique & ipsi Patres a celebra-
„di Concilii sollicitudine, & Ecclesia a tan-
„tis calamitatibus liberati fuissent. Rex
meus

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

meus non alio fine Mariam Angliæ Re-
ginam uxorem duxit, quam ut illam
insulam ad Ecclesiæ finem reduceret:
Postea idem commemorabat auxilia
recens missa Regi Galliæ, quorum ope,
tametsi illæ copię exiguæ essent, qui-
bus Religio accerrime propugnabatur,
victoria ad Catholicos inclinavit: pro-
gressus autem inde ad ea, quæ Rex a
Patribus expectat, dicebat, postulare
Regem a Concilio, ut stabiliat doctri-
nam Religionis, & morum reformatio-
nem: insuper laudabat Patres, quod
sanandis doctrinæ simul, atque morum
vulneribus operam darent; licet non
desuissent, qui ipsos prorsus a doctri-
na ad sanandos mores traducere co-
nati essent: porro suum Regem arbit-
rari inquebat, quod Patres examinent
piam fortasse magis, quam circumspectam
sententiam illorum, qui multa Christianæ
Religionis hostibus permittenda putant,
ut indulgentia victi ad Ecclesiæ finem
revertantur: ex adverso invecus in
eos, qui Protestantium imbecillitati
aliquid ad illos reducendos condonan-
dum existimant, dicebat, cum iis ho-
minibus agi, quos nulla pietas, nulla
flectere possit misericordia: ideo horta-
tus est Patres Regis nomine, ut sic il-
lorum salutem, Ecclesiæque Majestati
consulant, ut omnia ex hujus potius
digni-

R 2

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

dignitate, quam ex illorum libidine gerere videantur; cum Ecclesia semper ea gravitate, atque constantia usa fuerit, ut multa suis hostibus, quæ honeste concedi potuissent, ad infringendam illorum pertinaciam sæpissime denegaverit. Tandem a suo Rege optari aiebat, ut infructuosas quæstiones omit- tant. His dictis conclusit his verbis: cum hoc tantum Concilium, tanta Patrum frequentia coactum sit, ad opus adeo præclarum, cujusmodi est remedium adferre tot malis, quæ Christianam Rempublicam perturbant, si re infecta discederetur, posteritas in neminem alium, quam in Patres culpam conjiciet, atque ipsis, quibus tanta affuit sanandæ Ecclesiæ facultas, voluntatem defuisse mirabitur.

§. XLII.

Synodi responsum ad Lunensem Comitum, & Hispani Doctoris orationem.

Pallav. l. 21.
cap. 1. n. 4.
Sarp. p. 985.

FINITA hac oratione, Lunensis Comes pro more tantisper recessit, ut de responso, quod sibi daretur, deliberandi libertatem Patribus relinqueret, & postea cum Hieronymus Ragazzonus Veneret, Episcopus Famagustanus hanc responsum concinnaverat, ac Comes a Patribus accitus redierat, idem Episcopus

Sæcul. XVII
A.C. 1567.

scopus sermonem suum ita exorsus est:
 „In magno dolore, quem Patres ex
 „communibus miseriis capiunt, con-
 „solationem eisdem attulit commemo-
 „rata Regis Catholici pietas, atque
 „illud in primis gratum ipsis accidit, quod
 „idem ea, quæ sanxerunt, defensurum
 „se pollicitus sit: porro cum id ipsum
 „Cæsarem, aliosque Reges, & Princi-
 „pes Christianos facturos exploratum no-
 „bis sit, hinc incitatur, ut operam demus,
 „quatenus nostræ actiones tot, ac tan-
 „torum Principum studiis respondeant,
 „prout id & nostra sponte, & Pontificis
 „cohortatione jam diu fecimus, nil
 „enim magis curamus, nec quid magis
 „solliciti pertractamus, quam morum, &
 „disciplinæ emendationem, & Doctrinæ
 „Catholicæ explicationem: Itaque Regi
 „quam maximas gratias agimus, quod
 „singulare in Catholicam fidem studium
 „exhibuerit, ac adeo piam in sanctam
 „Synodum voluntatem profiteatur, atque
 „ejusmodi Oratorem Lunensem Comi-
 „tem miserit, cujus præsentia commu-
 „ni causæ, & adjumentum, & orna-
 „mentum adferet.”

§. XLIII.

*Gallorum error de loci prærogativa
 per Papam contra eos decisa.*

R 3

Inter

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

Pallao. l. c.

Interea Galli falso suspicabantur, quod summus Pontifex controversiam de loci prærogativa in Hispanorum favorem decidisset, hinc ultra modum indignationem suam exerebant, & ipsemet Lansacus per specialem Nuntium Reginæ Administratrici hæc significabat: „Orator Hispanus Regis sui mandata mihi ostendit, in quibus a Philippo Gallis cedere prohibetur, quin tamen propterea cum eis amicitiam violet: insuper Romæ mandatum a Papa fuit editum, quod, prout fertur, Legati quidem receperunt, sed illud effectui dare, aut divulgare non luerunt: attamen id fuisse factum, haud probatur, illud tamen certum videtur, quod Præsides ad Cardinalem Borromæum arcanis notis epistolam scribentes eidem significarint, quod hanc litem componere desperarent, & consilium desuper accipiendi necessitas urgeat, necnon varia utrinque incommoda oriri possint, quapropter Papam rogabant, ut ipsemet hanc causam decideret, nec illam ipsorum iudicio relinqueret.„

§. XLIV,

Papæ epistola ad suos Legatos in favorem Hispaniæ Regis.

Acce-

Acceptis hisce literis summus Pontifex die octava Maji suis Legatis hunc in modum rescribere statuit: „Regi Catholico mirum videtur, ab Oratore suo locum aliquem in sessionibus, & in Conventibus tam diu non concedi, unde instanter petit, ut vel admittatur, vel omnino rejiciatur: ast rationi consentaneum censeo, ut ratio de tanto Principe habeatur, aliquo invento moderamine, cui acquiesceret, ita ut nullum detrimentum causæ partium inferatur, sive jus, seu possessionem spectaret. Ceterum honestus mihi, & congruens videtur locus illertius, quem vobis significo in exemplari ad vos misso, nec mihi persuadere possum, merito Gallos de eo conquiri posse: ideo hæc mea est mens, ad quam exequendam utimini moderatis rationibus, quas idoneas putaveritis ad opus, quoad fieri potest, quiete conficiendum: sed quocunque alio eventu sinatis contestari quemlibet, & quod ipsi liberet, peragere, dummodo ea jussio opere compleatur.

§. XLV.

Borromæi Cardinalis literæ hanc in rem ad Legatos & speciatim ad Moronum perscriptæ.

R 4

Præter

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

Pallav. l. 21.

c. 1. n. 6.

Sæc. XVI.
A. C. 1563.

Ep. Borr.
ad Legat.
12. Maji
apud Pall.
6. 1. 9. 7.

Præter hanc Pontificis epistolam alia existat a Borromæo Cardinale arcanis itidem notis ad Legatos perscripta, in qua iisdem hæc exponebat: „petit Pontifex, ut mandatum illud „occultetur, donec adsit tempus illius „exequendi, & tunc id improvise „fiat: si vero Galli non acquiescerent, „sed vellent contestari, aut etiam a „Synodo discedere, ea omnia potius „permittenda sunt, quam ut injunctum „opus omittatur.

Hæ literæ omnibus Legatis erant communes, aliæ tamen ab eodem Cardinale jussu Pontificis Avunculi sui ad Moronum Legatum exarratæ fuerunt, quibus tanquam rem admodum secretam hæc significabat Borromæus: „A „vila, & Vargas ambo apud Pontificem Hispaniæ Regis Oratores eidem „schedulam tradiderunt ab ipsis suscriptam, atque utriusque sigillo munitam, qua Regis nomine pollebantur, Regem arma semper sumptuum, objecturumque vires, ditiones, & seipsum, ad propugnandam, augendamque Pontificis, sanctæ Sedis, & Catholicæ fidei auctoritatem, id „vero tibi significari, jubet Pontifex, ut „intelligas, non absque prævalida ratione eum adductum esse ut Hispaniæ Regi satisfaceret: „Hæ literæ per specialem tabel-

tabellarium missæ pervenerant ad Legatos die duodecima Maji: cum vero ea, quæ Borromæus significabat, arcanis notis conscripta essent, eapropter Moroni reditum expectare oportebat, ut occultæ hæ notæ explicari possent: cum autem aliquis ea, quæ in hisce literis contenta erant, Lansaco subobscurè significaret, hic in furias agebatur, postquam tamen totius rei veritatem plenius edocebatur, iram suam posuit.

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

§. XLVI.

Vicecomitis colloquium Taurini cum Ferrariensi Cardinale.

Interea Vicecomes Ferrariensem Cardinalem accedere jubebatur, ut circa Synodi negotia juxta Pontificis voluntatem serio cum eodem conferret, quapropter Taurinum, quo Cardinalem venturum sperabat, die undecima Maji contendit: ubi in primo colloquio Ferrariensis Cardinalis Vicecomiti spondens, se protinus Lotharingium Cardinalem accessurum, illumque eo inducturum, ut celeri itinere in Gallias reverteretur, ibique sollicitudinem suam impenderet, ut Synodus ad Ecclesiæ gloriam, & fidelium utilitatem breviter absolveretur. (*)

Pallav. c. 2.
n. 1.
Visconti to. 1
letr. 32. p.
283. 85 tom.
2. p. 5.
Sarp. l. 8.
p. 886.

§. XLVII.

(*) Addit Pallavicinus hæc verba: *ut affirma*



Sæcul. XVI.

A.C 1563.

§. XLVII.

*Colloquium Lotharingii Cardinalis
cum Ferrariensi.**Visconti to. 2
lett. 37. p. II.*

Postea sermo habebatur de residentia, ubi Vicecomes Ferrariensi Cardinali Lotharingii consilia, ac sententias aperiebat, simulque eidem suggerebat, quæ ratione utendum, ut Lotharingius prohiberetur, ne salva veritate in privatis suis opinionibus nimiam pertinaciam ostenderet, sed potius quicquam ab eis remitteret: aliquot vero post diebus Lotharingius Cardinalis Ferrariam ingressus est, quo sub idem tempus Ferrariensis venerat.

§. XLVIII.

*Ferrariensis Lotharingium Cardina-
lem valde exacerbatum contra
Moronum expertus.*

Mox ambo invicem conferre cæperant: ast Ferrariensis Cardinalis Lotharingium contra Papæ Ministros & præcipue adversus Moronum Cardinalem valde commotum experiebat, eoquod hic Oeniponte Tridentum reversus Lotharingio de rebus cum Cæ-
fare

*firmat Suavis, qui suam historiam componit
idolis, quæ concepit, non rebus, quas com-
perit.*

fare agitatis nihil communicasset, qua-
 propter coram Ferrariensi hæc in verba
 prorupit: „quamvis studiose res cela-
 „retur, de omnibus tamen notitiam
 „habeo, nec quicquam Cæsar mihi oc-
 „cultavit: „porro ut Lotharingius ver-
 bis hisce fidem adstrueret, Ferrariensi
 scriptum exhibuit, in quo summa Cæ-
 sarei responsi Morono dati contineba-
 rur, atque Ferrariæ Duci inscripta erat.
 Postea ad quæstionem de residentia
 transiens affirmabat Lotharingius: „ta-
 „meti antea ipse censuerim, hanc
 „quæstionem nullatenus esse deciden-
 „dam, mutata tamen rerum vicissitu-
 „dine, atque hoc articulo acriter dis-
 „cussio, ut decretum hac super re fiat,
 „omnino necessarium arbitror. „ His
 dictis haud obscure indicabat, quod Cæ-
 sar ejusdem quoque sententiæ esset, at-
 que haud temere credendum, decisio-
 nem absque magna aliorum repugnantia
 obtineri posse, ut proin illam urgere o-
 mnino necessarium foret. Ad hæc Vi-
 cecomes, qui huic colloquio intererat,
 Lotharingio demonstrare nitebatur,
 quod obstacula omni expectatione lon-
 gemajora occurrerent, licet Lotharingius
 nimia facilitate sibi omnium suffragio-
 rum consensum polliceretur: Verum
 quamvis plurimas rationes Vicecomes
 proponeret, ac summa verborum effica-
 cia

Sæcul. XVI.
 A. C 1563.
 Pallav. l. 21.
 c. 2. n. 2.
 Viscontito. 2
 lett. 37. p. II.

KIV.

dinalis

dentia,
 rdinali
 as ape-
 at, qua
 us pro-
 rivatis
 naciã
 ab eis
 diebus
 am in-
 as Fer-

rdina-
 tra

cæpe-
 dinalis
 inistros
 Cardi-
 ebatur,
 um re-
 n Cæ-
 sare

composit
 as com-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

cia de Romanæ Curiaë desiderio loque-
retur, nunquam tamen Lotharingium
Cardinalem a sua sententia dimovere
poterat, sed incassum omnem operam
impendit. Postea Lotharingius die vi-
gesima septima ejusdem Mensis Maji
Ferraria discessit, Tridentum reverfu-
rus, quem etiam Vicecomes comita-
batur, ubi ambo simul Tridentum ve-
nerant.

§. XLIX.

*Ormanettus cum Papæ jussis ad Ba-
variaë Ducem ablegatus.*

Pallav. t. 2.
n. 10.
Sarp. l. 8.
p. 691.

Eodem tempore, quo uterque adve-
nerat, sancitum erat, ut Nicolaus
Ormanettus Veronensis Cardinalis Na-
vageri familiaris ad Bavariaë Ducem
mitteretur, qui eidem Synodi nomine
significaret, quod calicis usus, prout hic
Dux petiisset, ejus subditis concedi
haud posset. Itaque Ormanettus Tri-
dento proficiscitur unacum Legatorum
mandatis, quorum summa hæc erat:
„Equidem Bavariaë Dux, ejusque di-
„tiones semper in fide catholica persti-
„terunt, sed nupero jejunii verni tem-
„pore quidam hujus Nationis Primores,
„ac turbidi ingenii homines illic obstre-
„perunt petentes, ut usus calicis, alia-
„que res novæ, quæ in Augustana Con-
„fessione continentur, concederentur:

Verum

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„Verum Dux ad eam perturbationem
„sopiendam in publicis Ordinum comi-
„tiis spondit, se aut impetraturum
„pro suis subditis calicem ante S. Joan-
„nis Baptistæ festum, aut prospecturum
„alio modo conservandæ fidei catholi-
„cæ absque strepitu, & tumultu: cum
„ergo dies præstitutus instet, ac dubi-
„tetur, nequid novum, ac pernicio-
„sum contingeret, eo misimus Orma-
„netum cum literis nostris, ac di-
„plomate, a Pontifice ad Ducem per-
„scripto. „

Insuper idem Ormanettus Bavarizæ
Ducem monere jubebatur, ut idem
exemplum peteret a pietate, ac pru-
dentia Cæsaris, qui easdem diffi-
cultates, morasque perpessus, ab
omni novo molimine se suis in pro-
vinciis continuisset: si vero popularis
impetus ritum illum de communione
sub utraque specie sibi per vim, pro-
priamque auctoritatem vindicare velit,
tunc oporteret, ut saltem Dux longe
abesset ab omni consensu non sine au-
toritatis suæ impendio: cum alias ar-
rogantiæ, & contumaciæ suorum sub-
ditorum fautor crederetur, ansamque
præberet seditionis contra Ecclesiam,
imo etiam suppeditaret occasionem se-
ditionis, ut disseminarent, quod petitio eo-
rum fuerit rationi consentanea, æque ac
cetera

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

cetera omnia, quæ quoad varia Augustanæ Confessionis capita postulabant, ut proin ex concessione illa non tranquillitas populis, sed pervicacia turbatoribus, perversio in Religione, adeoque pariter in profano regimine procuraretur.

Ormanettus itaque, cum esset tam doctrina, quam rerum gerendarum dexteritate excellens, cum tanta sapientia hoc negotio defunctus est, ut Dux polliceretur, quod ad testandum suum erga Sacram Sedem obsequium nullum non movere velit lapidem, ut tamdiu, quamdiu poterit, subditos suos in officio contineret spe fretus, quod Patres tandem rerum necessitati cedere velint, quamvis Synodus antea nihil indulgere, prudenter decrevisset. Hoc Ducis responsum datum erat Monachii die decima quinta Junii, postquam Ormanettus inde Tridentum jamjam reversus erat.

§. L.

Briagi Præsidis adventus Tridentum.

Pallav. c. 3.

2. 1.

Viscont. to. 2.

lett. 38. p. 23.

lett. 38. p. 27.

Et 29.

Sarp. l. 8.

p. 990.

Exeunte Mense Majo Renatus Briagus Præses Tridentum venit, a Cæsare IX. ad Cæsarem ablegatus, ac Tridentum pertransire jussus, ut Regis literas Synodo traderet, Regnique Gallici

lici statum, & rationes, ob quas pacem cum Calvinistis iniisset, in quadam congregatione Patribus exponeret: quamprimum ergo Briagus advenit, mox Legatos invisit, eisque demandata sibi negotia exposuit: cum vero Patres, ne Rex Concilium ad quamdam Germaniæ urbem transferri postularet, pertimescerent, ac de ejusmodi urbe transfigendi potestatem fuisse ab eo datam suspicarentur, hinc Legati Briagum rogabant, ut ipsis Regis literas communicaret, priusquam illæ in Conventu prælegerentur, ne postea congruum desuper responsum dare, ipsis haud ultra integrum esset. Annuit eorum votis Briagus, verum in hisce literis ea, quæ postulari verebantur, contenta non reperiabant.

§. LI.

Oiselius pro Synodi translatione ad Hispaniæ Regem missus.

Nec tamen vana erat Legatorum suscipio; quippe Galliarum Rex jam exeunte Mense Aprili Alegrum Romanam, & Oiselius ad Philippum II. decreverat, ut ejusmodi translationem procurarent; eapropter Oiselius omnistudio Hispaniæ Regi persuadere nitebatur, quod Synodus Tridenti celebrata in pluribus Christiani Orbis Regnis

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Pallav. c. 3.
Rayn. hoc
ann. n. 79.

tan-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

tanquam Oecumenica non haberetur, proin ad tollenda Ecclesiæ mala, atque ad sopiendos præcipue Gallici Regni tumultus idonea non esset. Quinimo Oiselius etiam declarabat, quod tunc, si aliud Concilium forte in Germania non celebraretur, Galliarum Rex Synodum Nationalem cogere vellet.

§. LII.

Hispaniæ Regis responsum ad Oiselli sollicitationes.

Hispaniæ Rex Gallo hanc in sententiam respondit: „Dubitari non potest, Tridentinum Concilium esse legitimum, & Oecumenicum, cum sit a Romano Pontifice convocatum, & per solemnes Ecclesiæ ritus firmatum, nec illi obest aliquarum nationum absentia: Oecumenicum enim Concilium constituitur convocationis auctoritate, & solemnè promulgationis forma, non vero præsentia omnium Præsulorum, eorumque, qui jus interveniendi obtinent: porro quod objectatur huic Concilio a transfugis ab Ecclesia, id quoque objici posset cunctis veteribus Conciliis Oecumenicis, in quibus semper defuerant nonnulli ex illis, qui convenire poterant, ac debebant: ut proin, si exceptio illa admitteretur, Synodorum omnium auctori-

tas

tas everteretur: porro id est, quod ab Sæcul. XVI.
 hæreticis omni ætate intendebatur: A.C. 1563.
 etenim postquam jurisdictionem Apo-
 stolicæ Sedis, Principumque Catholi-
 corum excusserant, nitebantur etiam
 Conciliorum potestatem abjicere, &
 immunem ab omni tribunali liberta-
 tem sibi constituere: hinc non pa-
 rum ea mihi proponi admiror, potissi-
 mum autem a Rege Christianissimo,
 ad quem tamen potius spectaret de-
 fensio auctoritatis Conciliorum, si imi-
 tari vellet Majores suos: Insuper de
 translatione nequidem cogitandum est,
 cum Sedes Tridentina tuta, commo-
 da, & opportuna videatur, electaque
 sit cum universali comprobatione, lo-
 ci vero mutatio ob difficultates, &
 obstacula, quæ in convocandis ite-
 rum Patribus intervenirent, potius in
 dissolutionem, quam Synodi transla-
 tionem tenderet, ut proin fieret eorum
 jactura fructuum, quos a Concilio
 sperare licuisset universæ Christianæ
 Reipublicæ, ac potissimum Galliæ:
 insuper urbes, quæ proponuntur, eæ
 sunt, quæ sine dubio nec Romano Pon-
 tifici, nec multis Principibus, ac
 Præsulibus præbarentur, nec imme-
 rito, quia multa præviderent incom-
 moda, discrimina, aliasque rationes,
 hinc id ab hæreticis intenditur, qui
Hist. Ecclesiast. Tom. XLVI. S non

Sæcul. XVI. „non, ut Concilium celebretur, sed ut
 A C. 1563. „omnino dissipetur, optant.

§. LIII.

*Ejusdem Regis responsum ad Gallo-
 rum minas de Nationali Concilio
 in Francia convocando.*

Porro, prosequabatur Philippus, „ad
 „id, quod de propria Nationis Gal-
 „licanæ Synodo comminatio fiat, pla-
 „ne affirmo, quod mihi tanquam Regi
 „Catholico illam comprobare non licitum
 „sit, nec abstinere possim, quin Regi chri-
 „stianissimo id proponam, quod mihi oc-
 „currit in negotio tanti momenti ad a-
 „nimarum, ac ditionum salutem: igitur
 „cum jam extet Synodus Oecume-
 „nica, & reipsa argumenta Religionis
 „ibidem agitentur, si proprium unius
 „nationis Concilium celebraretur ad
 „Galliam reformandam, res hæc omni-
 „no nova foret, quæ ad apertam ten-
 „deret scissionem in Ecclesia, cujus
 „auctoritas læderetur, & exinde tam
 „universale totius generis Christiani,
 „quam peculiare Gallicæ nationis exi-
 „tium promoveretur: usurpatæ quidem
 „fuerunt nonnunquam ab Ecclesia Sy-
 „nodi propriæ nationum, sed id factum,
 „quia tunc Conciliorum Oecumenico-
 „rum convocatio obtineri non valuit:
 „ubi

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

„ubi vero hæc re ipsa habebantur, sem-
 „per negotia Religionis commissa ipsis
 „fuerunt: si tamen etiam id vim non
 „haberet, conspiciuntur peculiare cau-
 „sæ, ob quas huiusmodi Synodus tunc
 „in Gallia non expedit, cum cernatur
 „ea tempestate Regnum illud ita divi-
 „sum, eaque Religionis dissidia sint a-
 „ptiora ad exacerbandos eorum ani-
 „mos, quam ad pacem, & tranquilli-
 „tatem in regno restituendam, præci-
 „pue cum ibidem tot factiones, atque
 „inimicitie foveantur, ambæque par-
 „tes inter se dimicent: præterea si in
 „eo nationis Concilio catholica sanc-
 „rentur decreta, ea certe non habe-
 „rent eam auctoritatem apud obsequen-
 „tes Ecclesie Filios, qualem obtinerent,
 „si ederentur ab Oecumenica Synodo:
 „imo ipsi etiam hæretici sese illis sub-
 „jicere reculant: spes igitur unica
 „in Oecumenico Concilio Tridentino
 „est collocanda, idcirco moneo, ac ro-
 „go Regem christianissimum, & Regi-
 „nam ejus Matrem, ut ipsi una cum
 „reliquis Christianis Principibus omnem
 „suam operam convertant ad eam Sy-
 „nodum sustinendam, ac promovendam
 „Sedis Apostolicæ auctoritatem.

Cum hujus responsi notitia
 Tridentum eo tempore, quo Briagus
 advenerat, nondum pervenisset, hinc

S 2

idem

sed ut

Gal-
cilio

s, „ad
 is Gal-
 at, pla-
 n Regi-
 licitum
 gi chri-
 nihi oc-
 ci ad a-
 m: igit-
 ecume-
 gionis
 unius
 tur ad
 c omni-
 m ten-
 cujus
 de tam
 istiani,
 is exi-
 quidem
 lia Sy-
 factum,
 enico-
 valuit:
 „ubi

Sæcul. XVI idem Præses studiose coram Patribus
A.C. 1563. nullam mentionem fecerat de ea translatione, quam duntaxat, si Hispaniæ Rex ad Gallorum sententiam responsurus esset, proponere iussus erat.

§. LIV.

Caroli IX. literæ à Birago Patribus traditæ.

Pall. c. 3. n. 5.
Sarp. p. 680.
Mem. pour le
Concil. de
Trentè p. 414
Et 415.

Die secunda Junii Biragus ad conventum admissus, ibidem Caroli IX. epistolam Chanoncæi die decima quarta Aprilis datam exhibuit: porro in ea Rex hæc exponebat. „ Secreto Dei iudicio ex omnibus remediis, quæ ad sopiendos tumultus circa Religionem in Regno meo excitatos adhibui, nil inde aliud evenit, quam crudelitates, homicidia, deprædationes, urbium devastationes, Templorum, ædiumque sacrarum ruinæ, Principum cædes, Procerum, ac Belliducum clades, totque aliæ calamitates, ac miseræ, ut proin haud ægre judicare possim, quod ad sanandos homines, qui non nisi rationum, ac argumentorum vi se flecti sinunt, armorum remedia minime sint adhibenda: eapropter ad pacem cum Hugonottis ineundam compulsus sum, nec id a me factum, ut novam sectam in Regno meo stabiliri permetterem, sed ut positis armis, omnique animo-

„ ruit

rum contentione, ac odiis tandem
 cessantibus omnes meos subditos ad
 generalem in eadem fide unionem
 cum minori repugnantia revocare va-
 leam, quem favorem expecto a Dei
 misericordia, & seria morum emenda-
 tione, quam per Concilium obtinen-
 dam spero, nam id ipsum universalis
 Christianæ Reipublicæ status a Pa-
 trum pietate deposcit: cum autem
 multa habeam, quæ præfatis Synodi
 Patribus exponam, hinc Renatum Bi-
 ragum Præsidem supremi Consilii, quod
 ultra Montes, seu Taurini institui, ad
 vos ablego, ut hic meus Deputa-
 tus oretenus vobis omnia proponat:
 eapropter vos rogo, ut illum benigne
 excipiat, atque omnibus, quæ nomi-
 ne meo exponet, fidem adhibere veli-
 tis.,

§. LV.

Biragi Præsidis oratio ad Synodum.

Perlecta hac epistola Biragus oratio-
 nem habuit, in qua sigillatim enar-
 rabat dissensiones, bella, & calamitates,
 quæ Franciam præcipue post Conne-
 stabilis captivitatem, & tragicam Gui-
 fii Ducis mortem exagitant: postea am-
 bos hosce Principes, veluti duo Re-
 gis brachia exstitisse referens ab iniqui-
 tate

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Pallav. l. c.

Visconti to. 2

lett. 39. p. 27.

Sarpinus l. c.

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

tate vindicare nitebatur pacem, quam Rex, & Regina ejus Mater cum hæreticis iniissent: insuper persuadere voluit, ex hac concordia in Catholicos quoque magna redundare commoda, cum aliunde nec Rex, nec ejus Senatus novam Religionem introducere unquam intenderit, sed unice ambas partes ad veterem fidem per media ab ejus Majoribus usitata pacifice revocare studuerit, persuasus, quod duplicis Religionis libertas diu in uno, eodemque Regno conservari nequeat. His addidit: „hoc obtinere Rex sperat a singulari „Dei favore, & ope Concilii, quod omni „tempore ad sananda ejusmodi mala, „quæ tum Christianam Rempublicam „affligebant, tanquam remedium utiliter fuit adhibitum: rogo itaque vos cunctos Synodi Patres, ut piam Regis mei voluntatem (*) per accuratam morum emendationem adjuvare velit, atque Ecclesiæ primævam integritatem restaurare, necnon diffidia in Religione emergentia componere studeatis: de cetero fidem facio, „quod

(*) Quis credat, hæc sincero animo fuisse dicta: qua enim ratione Rex morum emendationem, opemque implorare poterat ab ea Synodo, quam transferre, quod idem fuisset ac dissolvere, machinabatur? §. LII.

„quod Rex, & Regina in fide Catholi-
 „ca, atque in obedientia Sedis Apосто-
 „licæ constanter vivere, ac mori o-
 „ptent: vicissim vero tota Francia a
 „vestra pietate, ac prudentia expectat,
 „ut hujus rei calamitates miserati quan-
 „tocius remedium applicare, & prospe-
 „ro exitu Concilium absolvere velitis.,

Sæc. XVI.
 A.C. 1563.

Diu de responso ad hanc orationem
 & Caroli IX. epistolam reddendo deli-
 beratum, cum par esset nec hunc De-
 putatum, nec ejus Principem offende-
 re, aliunde autem nefas videretur, pa-
 cem a Gallis cum hæreticis recens
 conclusam approbare, aut excusare:
 hinc Synodi Præsides consultius judi-
 carunt, paucis respondere, quod res ab
 hoc Deputato propositæ tanti momenti
 essent, ut maturioris deliberationis spa-
 tium omnino necessarium foret, ac
 proin opportuno tempore Patrum sen-
 tentia hac super re eidem aperiretur:
 Ceterum Præsides de vaga hac respon-
 sione danda prius consilium habebant
 cum Lotharingo, & Madrutio Cardi-
 nalibus ecclesiasticis Cæsareæ Majesta-
 tis suæ Oratoribus, necnon cum Pres-
 misliensi, & Augustensi Episcopis, quo-
 rum primus Poloniæ, atque alter Sabau-
 diæ Legatus erat.

Sæcul. XVI.
A. C. 1526.

§. LVI.

*Responsum Synodi ad Biragi
sermonem.*

*Pallav. l. 21.
l. 3. u. 8.*

Hoc responsum Biragum, & ceteros
Franciæ Oratores adeo commove-
bat, ut illud potius responsionis repul-
sam esse censerent: ut ergo illos pla-
carent Patres, aliquo post tempore a-
liud responsum hujus tenoris redde-
bant: „ Summopere lætata est Synodus
„ quibusdam abhinc mensibus ob victo-
„ riam, quam Deus concessit Regi chri-
„ stianissimo adversus veræ Religionis
„ hostes, ideo divinæ miserationi publi-
„ cas grates egit: postea autem cum
„ paucos ante dies, prius per publicam
„ famam, & dein per Biragum Præli-
„ dem Regis nomine perciperet causas,
„ quibus adductus Rex fuerat ad arma
„ deponenda, merito illata in Religionis,
„ ac Regni perturbatores, tantundeni-
„ mæroris in Patres incidit, eoquod sum-
„ mis, & æquissimis votis expetiissent,
„ ut Regi licuisset in fide catholica
„ tuenda persistere, nec se coactum cer-
„ neret ad cogitandum de pace, ante-
„ quam Ecclesiæ hostes ex animo ad
„ Deum a se indigne desertum rediis-
„ sent: jam vero, quando res ad tam
„ infaustam conditionem devenerunt
„ cum extremo proborum omnium dolo-
„ ris

„ris sensu, divina Clementia fervidis, af- Sæcul. XVI.
 „fiduisque precibus exoranda est, ut pa- A.C. 1563.
 „cis consilia prosperiorem eventum,
 „quam antea belli artes, consequeren-
 „tur: siquidem nullum regnum in se
 „divisum diu consistere potest, nec Rex
 „unicus populis, qui Religionem uni-
 „cam non amplectuntur, imperare va-
 „let; verumtamen accepta Regis chri-
 „stianissimi legatione, per maximam vo-
 „luptatem a Patribus fuit perceptum,
 „quod Parisiis nobilissima in urbe sum-
 „ma constantia, summumque confer-
 „vandæ, propugnandæque veræ Reli-
 „gionis studium efferbuerit: quamdiu e-
 „nim urbs illa, Galliæ Metropolis, clarissi-
 „maque disciplinarum omnium fedes
 „persistet haud taminata, ab ipsa tan-
 „quam a capite catholicam doctrinam
 „in subjectas provincias diffusum iri,
 „sperare licebit: interim vero Synodus,
 „ut sui muneris partes expleat, ad-
 „monet, ac rogat per viscera Jesu
 „Christi christianissimam Reginam, ut
 „id, quod ipsa pollicebatur, exequi, ac
 „solicitudinem omnem, omnemque
 „suam operam eo impendere velit, ut
 „tenellus Regis animus imbuatur, ac
 „firmetur veræ pietatis cultu, atque o-
 „bedientia in Apostolicam Sedem, ea-
 „que divina indoles, quam in puero ad-
 „mirantur omnes, una cum ætate cref-
 „cat,

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„cat, proculque semper ab omni conta-
„gione pestilentis doctrinæ remotus sit,
„ut tandem uberrimos fructus, at-
„que utilitates Majorum suorum glo-
„riæ, & Christianorum omnium expe-
„ctationi pares reddere valeat: nec mi-
„nus eadem Synodus illam rogat, ut
„auctoritate sua, quæ maximi in Re-
„gno debet esse ponderis, apud omnes
„Franciæ Ordines omnem adhibeat co-
„natum, quatenus hæretici concilia-
„tis animis ad unitatem Ecclesiæ re-
„vocentur. Ceterum quacunque in
„re Synodo licuerit Regiæ studium
„ad Religionem restituendam juvare,
„nunquam passura est, ut quidquam in-
„dustriæ, ac pietatis suæ desiderari
„possit: ideo præter communem Ec-
„clesiæ universæ correctionem, tem-
„porum conditioni consentaneam, suam
„quoque operam navabit, ut ea præ-
„scribantur, quæ ex afflatu Sancti Spi-
„ritus ad Gallicarum Ecclesiarum utili-
„tatem conferre cognoverit.,

§. LVII.

*Hoc responsum approbatum, &
acceptatum*

*Pallav. c. 3.
n. 10.*

Præquam hæc responsio in usum
deduceretur, eadem in Congrega-
tione die septimo Junii habita præle-
gebatur præsentibus cunctis Patribus,
quibus

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

quibus ea, quæ ipsis minus probarentur, corrigendi libertas dabatur, ubi quilibet suam mentem edicebat, prout unusquisque aut æquitatis amore, aut præconceptæ opinionis impetu regebatur: nonnulla tamen mutabantur, ac de Reginæ Administratricis zelo erga veram Religionem modestior sermo inspergebatur, minusque asperis verbis perfringebatur pax, quam Franciæ Rex cum Regni sui hæreticis pro ditionis tranquillitate se inire fuisse coactum sibi persuaserat: itaque factis hisce mutationibus, ac levibus additionibus responsio promulgabatur (*).

§. LVIII.

(*) Equidem Continuator hac super re Pallavicinum, & illum quidem unicum allegat, hic tamen de factis ejusmodi mutationibus, aut asperitatis moderatione, seu pacis initæ excusatione ne verbum quidem habet: nihil autem circa hæc mutatum fuisse potius ex his ejusdem Pallavicini verbis colligi potest, oportuit, inquit ille, ut aliqua certa responsio excogitaretur, idque summa habita ratione, dum varii Patres, & præsertim Hispani denuntiabant Legatis, se obstituros, si vel unica apponeretur syllaba, quæ consensionem ullam de recentè concordia præferret.

Postea

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

§. LVIII.

Patrum sententiæ circa abusus in Congregationibus propositæ.

*Pallav. c. 4.
n. 1. 2. Et seq.*

In eadem Congregatione die septimo Junii, necnon in aliis pridie, ac postera die celebratis discutiebantur Cationes contra abusus, aliasque materias jam propositas, ac primo quidem Facchinettus exposuit, sibi probatum iri, ut Episcopi cum suis Canonicis communi mensa uterentur. Hæc sententia quidem summopere commendata fuit, adeo tamen difficilis executionis credebatur, ut nullum desuper decretum fuisset conditum. Minus grater excipiebatur sententia Martini Cordubensis, Episcopi Dertusensis, qui suavit, ut cunctæ summum etiam Pontificem eligendi formulæ hucusque consuetæ rejicerentur; insuper affirmabat, sibi optimam normam videri, qua Episcopi suum sibi successorem eligerent, sicuti Petrus, prout agebat ille, sanctum Clementem elegerat. Ast vero com-

Postea addit idem Pallavicinus: *Sententia comprobatae responsionis non discrepavit a priori, sed solum quasi in compendium redacta est, et quædam voces, quæ ibi recentem pacem detestabantur, mitigatae.*

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

complurium plausu exceptum est, quod idem Episcopus postea proposuit, dicens: „in omnium ore primævæ Ecclesiæ emendatio versatur, sed ut fidus cordis interpretis oris sonus ostendatur, oporteret illam ab Episcopis in usum deduci: ideo non impleant domos argento, nec ornent suos parietes sumptuosa suppellectili serico, auroque contexta, sed quidquid pretiosum est, ad pedes Apostolorum projiciatur. Idipsum asseruit Alexander Sfortia Parmensis Antistes. Credebatur tamen, quod ambo hi Episcopi his dictis luxum, & fastum Cardinalis Lotharingii suggillare voluerint. Huic Sententiæ accessit etiam Antonius Augustinus, subjungens, satius esse, ut omnes Episcopi rigido examini subjiciantur, atque ii, qui indigni, aut minus idonei comperti fuerint, exauferentur: Melchior vero Avosmedianus, Episcopus Guadicensis, acrius invectus est in Episcopos Titulares, atque in acerbas voces prorupit, inquit, illos arte mali dæmonis, & Præfulum socordia in Ecclesiam inductos fuisse, hinc non modo in posterum id prohibendum, sed jam promotos Monasteriis ad agendam pœnitentiam includendos.

His

Sæcul. XV.
A. C. 1563.

His addidit: (*) „dignitati Epi-
scopali annexum est, tanquam res
„omnino propria, ut habeat locum,
„& Diæcesin: Episcopus enim & Ec-
clesia invicem respondet, sicuti ma-
ritus, & uxor, quorum unum sine al-
tero esse non potest: ideo qui ali-
quis sibimetipsi repugnet, nullam
potest adstruere causam creandi
Episcopos titulares., Postea affirma-
bat eorum ordinationem esse *figmen-
tum humanum*, ejusque apud antiquos
nullum cerni vestigium, nam si Epi-
scopus olim Episcopatu exutus esset,
aut Episcopatu renuntiasset, id sic
acceptum est, quasi non amplius esset
Episcopus, sicuti is, cui uxor deest,
non est amplius maritus: itaque legi-
ajebat apud antiquissimos Canonum Do-
ctores, invalidas esse ordinationes ha-
bitas ab eo, qui Episcopatu renuntia-
vit: proin ejusmodi Episcopi titula-
res eligantur juxta ipsam Christi ac Apo-
stolorum institutionem: porro idem Præ-
sul, ne illorum, qui inter Synodi Pa-
tres erant Episcopi absque Diæcesi,
invidiam sibi accerferet, adjecit, eo-
rum nonnullos dari, qui meritis infi-
gnes

(*) Observes velim, hoc additum non a
Pallavicino, quem solum Continuator allegat,
fuisse relatum, sed a mendaci Sarpio.

gnes forent, iisque Episcopatus cum Sæcul. XVI.
Clero, & populo conferendus esset. A C 1563.

§. LIX.

*Opinionum dissensio inter Patres circa
Sacramentum Ordinis.*

Hæc libertas, qua quis pro arbitrio suo tumultuatim obvia quæque proponere, nonnihil molesta Legatis acciderat: majorem tamen ipsis sollicitudinem incutiebat opinionum diversitas, qua tres celebriores Nationes circa doctrinam de Sacramento Ordinis inter se scindebantur, cum Galli quamcunque vocem rejicerent, quæ summi Pontificis prærogativam supra Concilium indicaret, aut Florentinam Synodum comprobaret, vel officeret Basileensi: econtra Hispani Concilium Florentinum asserebant legitimum ac Pontificis supra concilia auctoritatem propugnabant, iidem tamen petebant, ut aperte definiretur, quod Episcoporum institutio, eorumque jurisdictio sit juris Divini, tametsi a Romano Pontifice dependeret: porro Itali fere universi, & pauci etiam ex memoratis duabus nationibus, aliisque, sententiam magis propitiam Pontifici in singulis capitibus tuebantur.

Hæc opinionum varietas mox aliam procreabat, dum quæstio movebatur
circa

Sæc. XVI. circa concipiendos Canones de summi
A.C. 1563. Pontificis auctoritate.

§. LX.

*Variae opiniones circa Canones de
 auctoritate Pontificis.*

EX Patribus contendebant nonnulli,
 quod summo Pontifici tanta tribue-
 retur potestas, quanta inerat Divo Pe-
 tro: „quænam enim alia, inquiebant
 „Romanæ Curix fautores, est illa sancti
 „Petri auctoritas, quæ non itidem in-
 „venitur in summo Pontifice? ipsi enim
 „data est omnes Christi oves pascendi
 „potestas:„ verum hæc vox *omnis* vi-
 detur indicare sensum, prout Scholæ
 loquuntur, distributivum, non autem
 collectivum, adeo, ut significet quam-
 libet oviculam, nec totum gregem in
 uno congregatum. Insuper cum desi-
 nare placuisset, quod soli Episcopi *Se-
 dis Apostolicæ* auctoritate instituti, sint
 legitimi, postrema hæc verba itidem
 dubio, atque obscuro sensui obnoxia
 videbantur, cum olim Patriarchæ Orien-
 tales iisdem uterentur; præcipue illi,
 qui iis præerant Ecclesiis, quarum Epi-
 scopi ab Apostolis erant instituti. Pro-
 ponebatur etiam, Canoni, qui de sum-
 morum Pontificum auctoritate ageret,
 addenda esse hæc verba: *Pastores Uni-
 versalis Ecclesie*, cum illa desumpta essent
 ex

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

ex Concilio Lugdunensi, imo etiam a Basileensi conventu allegata, quorum utrumque Galli recipiunt: his autem verbis *oves Christi* dicebant subrogandam esse vocem collectivam: *gregem Domini*, prout Pius IV. Pontifex datis ad Legatos suos literis significabat, eoquod Innocentius IV. illis usus fuisset, ut exprimeret, *Divum Petrum accepisse a Christo Domino plenitudinem potestatis.*

§. LXI.

Præsulum Gallorum cavillationes circa hunc Canonem de auctoritate Pontificis.

Franciæ Præsules aliam proferebant Canonis normam, juxta quam illos, qui Sedis Apostolicæ auctoritate assumpti sunt, pro legitimis Episcopis habendos contendebant, quin tamen ulla fieret restrictio ad illos, qui auctoritate summi Pontificis fuerunt approbati: causabantur enim Galli, hujusmodi voces magis proprias esse, cum decedente etiam Pontifice semper Sedes Apostolica subsistat: addebant, sibi quoque videri, quod per solam mentionem de Romani Pontificis auctoritate a veri Episcopi conditione excludantur Timotheus, a Paulo creatus, & Polycarpus a Joanne constitutus, atque hodie tot Episcopi Græciæ; non tamen

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

T men,

Sæcul. XVI.
A.C. 1563

men se recusare, inquiebant, ut etiam definiretur veros esse Episcopos, qui a Romano Pontifice assumuntur: quod vero ad ipsum Pontificem spectat, volebant, ut appellaretur *Rector*, non *Ecclesie universalis*, sed *Ecclesie Catholice*: quæ vox tametsi videretur idem valere, a compluribus tamen tanquam dubia repudiabatur, eoquod nomen *Catholicum* aptum etiam esset ad significandum *fratrem*, adeoque omnis Fidelium Episcopus dici quodammodo possit Episcopus *Ecclesie Catholice*. Nec his iidem erant contenti, insuper subjungere audebant, ejusmodi vocem in Conciliis non esse novam, cum in quinta Synodo generali collat. 5. dum adducuntur loca quædam ex operibus S. Augustini desumpta, transferrentur illinc voces, quæ sequuntur: *Augustinus Episcopus Ecclesie Catholice dixit*: porro ad id confirmandum notarunt, legi in S. Cypriano, quod is, cum in Ecclesie sinum quosdam, qui hæretici fuerant, reciperet, non solum præceperit, ut Cornelium esse Pastorem Ecclesie Catholice confiterentur, sed & adderent *id est Episcopus Universalis*, nam ille sanctus Martyr existimabat, a posteriori vocabulo auferri æquivocationem prioris: cum idcirco Romanus Pontifex videretur in Synodo Lugdunensi vocatus *universalis*, existimabatur

mabatur tamen, quod possit moderamen fieri, si diceretur, quod Papa totius Ecclesie Catholice Pastor existat.

Sæcul. XVI.
A.C 1563.

Denique circa has voces: *assumpti auctoritate Sedis Apostolicæ*, addendum proponebatur, *quæ auctoritas residet in Romano Pontifice*: porro utramque hujusmodi variationem obtineri posse ex parte Gallorum, Fuscararius non desperabat: verum hic Præsul Gallos in consilium haud vocabat, unde Lotharingius Cardinalis melius perspecto illorum genio declarabat, in hoc puncto nihil boni a Gallis sperandum.

§. LXII.

Legati hanc clausulam proponentibus Legatis aut tollere, aut explicare a Papa jussi.

Itaque Synodi Patres edocti hanc Gallorum declarationem, cujus præcipuus Architectus credebatur Lotharingius Cardinalis, die decima quinta Junii conventum cogebant, ut tandem in eo præfigerent diem, in qua Sessio tamdiu dilata denique celebraretur: assignabatur igitur dies decima quinta Julii.

Fallav. c. 5.
num. 7.
Viscont. pag. 66.

In eadem Congregatione Lunensis Comes rursus nomine Hispaniæ Regis petebat, ut ex decretis hæc verba: *Proponentibus Legatis aut auferrentur, aut*



Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

saltem explicarentur: Is vero suam petitionem speciatim firmabat sequenti epistola, quam Pontifex re ipsa ad Legatos suos dederat, eosque hortabatur, ut Regi Catholico, ceterisque, qui ejusdem cum eo opinionis essent, hac in re satisfacerent. Hujus epistolæ certam notitiam habebat Comes, quamvis illa nondum Tridentum fuisset delata: erat autem illa his concepta verbis.

Quoniam hi Principes tantum instant, ut Synodus libertate fruatur, atque ipsis videtur per eas voces, proponentibus Legatis, nobis insciis appositas, adimi libertatem: ideo ne gravemini Patribus proponere, sive in generali cætu, sive in Sessione, nunquam mentis nostræ fuisse, ut per id libertas Synodo, sed confusio auferretur: quocirca per vos cunctis compertum, apertumque sit, Concilium liberum esse, quod si visum fuerit Synodo, memoratas voces declarandas, aut omnino tollendas esse, vos illi acquiescite, atque etiam scitote, quidquid hac in re Patres decernent, gratum nobis futurum, ac per id satisfactum iri, quo Principes omnes, populique cognoscant, velle nos, quod in nobis est, efficere, quo exitus obtineatur fructuosi Concilii, ac præsertim per probam, ac severam emendationem.

Ceterum cum Comes hujus epistolæ, cui illius petitio innitebatur, apographum

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

graphum exhibere non posset, eo quod Patres illam nondum recepissent, hinc Comes non sine fastidio excipiebatur, ejusque postulatio fuit rejecta: eundem sæpius, frustra tamen, instabat, adeo, ut tam importunis sollicitationibus Synodi existimatio læsa crederetur: nec ob hanc epistolam mox recitatam Patres sententiam mutabant, eo quod nondum ea ad illos esset delata: cum ergo Lunensis cerneret, quod constanter hanc clausulam tuerentur, satis ei fuit obtinuisse, ut huic negotio superfederetur, donec is nova ab Hispaniæ Rege mandata recepisset, si vero hic Princeps suæ petitioni insisteret, Legati Regis preces Synodo exponerent, atque executioni dari urgerent.

§. LXIII.

Mandata circa hanc clausulam data per Papam revocata.

Hac promissione nihil derogabatur consiliis Legatorum; probe enim sibi perspectam habebant Romanæ Curiae benevolentiam, quapropter haud verebantur, quin semper, quodcumque demum consilium caperent, protegerentur, si ejusmodi consilia quodammodo ad tuenda sua jura, ac firmandam potestatem conducere possent: enimvero illorum vexatio, si tamen

*Pallav. c. 5.
num. 11.
Litt. Borr.
ad Leg.
27. & 30.
Jun.*

T 3

Lu-

Sæcul XVI
A.C. 1563.

Lunenſis Comitſ repugnantia illis moleſta acciderat, ſaltem haud diuturna fuit; poſtquam enim epiſtolam nuper recitatam acceperant, Pontifex alias ad illos dabat literas, in quibus hæc ad eos reſcribi juſſit: „quandoquidem „Præſides, ac Moronus Cardinalis po- „tiſſimum tam alienum in ſupprimenda „hac clauſula animum patiuntur, nolo „illos cogere, ſed iis, quæ præcepe- „ram, revocatis ipſos hortor, ut in „eo conſtanter hæreant, quod Moro- „nus cum Cæſare ſtabilierat: ſiquidem „traditum fuerat a Philippo Rege man- „datum ſuis Oratoribus, antequam id „cum Cæſare actum eſſet, aliunde vero „Philippus Rex cauſabatur, illud a „cunctis Principibus eſſlagitari, quod „cum hodie amplius verum non ſit, „credendum eſt, Regi etiam ſatisfactum „iri, ſi ea, quæ cum Cæſare conventa „fuiſſent, etiam concedantur: ipſus hinc „jamjam ſuper eo negotio ad Cri- „vellum Nuntium ſcripſi, & ab Avila „pariter, ac Varga, Hispanis Oratori- „bus, reſ literis propitiis fuit promotæ.

§. LXIV.

*Papæ monitum ad ſuos Legatos de
plena libertate Synodo relin-
quenda.*

Sub

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Sub idem tempus summus Pontifex per Cardinalem Borromæum ad Legatos suos aliam perscripsit epistolam, in qua illos hortabatur, ut plenam Synodo libertatem relinquerent in omnibus decisionibus Dogma & disciplinam spectantibus: porro postrema hæc epistola data erat die decima sexta Junii, in qua Cardinalis Borromæus hæc exponerat: *Hæc postrema emendationis capita a vobis missa, quibus delecti Patres plerumque Principum postulata complexi sunt, tametsi, ut dicitis, nondum exacte a vobis stabilita sint, grata tamen Pontifici fuere, quod animadvertit, operam a vobis impendi, ut undique res tractandæ promoveantur, qua de eausa vos commendat Pontifex, ac vobis bene precatur: quod spectat ad ipsius mentem, idem dicit: cum jam sæpius in vobis reposuerit hæc emendationis argumenta, nonnisi id ipsum repetere nunc etiam vult, cum in animo habeat, quidquid a vobis, & a Synodo decretum, confectumque fuerit, recte peractum existimare, gnarus, semper a vobis Divinum obsequium, bonumque publicum spectatum iri. Hoc unum occurrit Pontifici, quod vos moneat, num forte, ubi sermo est de non concedendis Coadjutoriis, & regressibus, opportunum esset, irrita reddere etiam ea, quæ jam concessa sunt, sed nondum in opus deducta: qua in re*

T 4

Pon-

illis mo-
iuturna
nuper
x alias
as hæc
quidem
alis po-
imenda
r, nolo
æcepe-
ut in
Moro-
quidem
ge man-
uam id
de vero
illud a
quod
non sit,
s factum
nventu
us hinc
ad Cri-
Avila
Oratori-
comota

atos de
n-

Sub

Sæcul. XVI
A.C. 1563

Pontifex putat, parum superesse difficultatis, præterquam in Coadjutoribus, qui consecrati jam sunt, & Episcopi titulares, qui propterea arceri non possunt ab Episcopali gradu, sicuti arceri possunt simplices Coadjutores, hoc tamen ipsum pariter Pontifex in vobis, & in Synodi Patribus reponit, & vult, ut ipsi sibi satisfaciant; simulque vos per Deum obtestatur, ut hanc suam voluntatem, qua cuncta in vobis, ac Synodo reponit, nunc accipiatis, & habeatis tanquam semper perseverantem, atque per eam sinceritatem, quæ decet egregiam opinionem, a Pontifice conceptam de vestro judicio, ac probitate hinc incumbatis, quam maxima fieri potest celeritate, ad negotium prosequendum.

§. LXV.

Rerum decisio Præsidium judicio, ac prudentiæ a Pontifice relicta.

*Pallav. n. 2.
cap. 6.*

Eandem quoque libertatem circa decreta doctrinam spectantia relinquere videbatur Pontifex, quocirca cum Præsides formam illam a Lotharingio Cardinale conceptam ad eum misissent, simulque significassent propensos Cæsareorum animos ad procurandam inter Patres unionem, ac concordiam, eodem adhuc die ad illos per eundem Cardinalem Borromæum rescribi jussit, ac collaudata pia Cæsareorum

difficul-
us, qui
titula-
sunt ab
possunt
ipsum
Synodi
ipsi sibi
um ob-
ntatem,
reponit,
am sem-
fincori-
nem, a
ac pro-
na fieri
uendum.
io, ac
ta.
ca de-
relin-
uociret
Lotha-
d eum
propen-
ocurai-
concor-
los per
um re-
esareo-
rum

rum Oratorum opera idem Cardinalis
addidit: Pontifex dicit, quod sicut in re-
liquis omnibus libenter hucusque vestrae
prudenciae, rectoque iudicio se commisit, ita
in hoc pariter agere velit, cum speret, re-
pertum iri a vobis rationem, & aditum
ad conficienda, quae spectant ad haec ar-
gumenta, ita ut satisfiat piis omnibus ho-
minibus, qui Synodo intersunt, & huius
Sanctae Sedis honor, ac dignitas serven-
tur: non tamen omittet Pontifex super
hisce rebus consilium habere: quod si opus
fuerit vos commoneri de re aliqua magni
momenti, expeditum Tabellarium ad vos
mittemus, prout oportuerit, sed non id-
circo desistatis progredi, & agere, atque
concludere in tempore, perinde ac si nihil
hinc praestolaremini. Pontifici siquidem,
quidquid vos statueritis, gratum accidet.

§. LXVI.

*Nova forma de Institutione Episco-
porum ad Papam transmissa.*

Cum igitur dies proximae Sessioni pra-
stituta esset, rursus nova forma de
Episcoporum institutione conficiebatur,
nec ab Hispanis, nec a Gallis rejecta,
quae tamen, licet comprobata esset a
majori parte eorum, quos Legati ad
consilium adhibebant, non omnino pla-
cebat quibusdam Pontificiae auctorita-
tis studio magis addictis, quibus illa
T 5 ejus-

Saecul. XVI.
A. C. 1563.

Pallav. l. 21.
c. 6. n. 3.
Visconti
tom. 2.
Lett. 44.
pag. 75.

Sæcul XVI. ejusmodi verbis conflata videbatur, quæ
A.C. 1563. ad diversos sensus tam facile detorqueri
 possent, ut Sedis Apostolicæ hostes tam
 durante, quam finito Concilio illis fa-
 cile abuti valerent: ex altera vero parte
 Legati hac in re quicquam concludi
 peroptabant, atque id necessarium cen-
 sebant, quamvis ancipites hæerent,
 an periculum definitionis, qua Papam
 Synodo esse superiorem declararetur,
 facere deberent, vel potius hanc quæ-
 sitionem silentio præterire expediret.
 Hac super re Borromæi Cardinalis con-
 siliium expetebant, eique præfatam for-
 mam transmittabant.

§. LXVII.

*Papæ responsum ad suos Legatos circa
 hoc negotium.*

Pallav. l. 21. **E**apropter Borromæus hac de re cer-
c. 6. n. 4. tiorem reddebat Pontificem, qui
 Legatis hæc in responsis dari iussit:
 „cum nolissetis uti auctoritate toties
 „vobis concessa, sed Papæ judicium
 „exquireretis, voluit hic ea de re con-
 „siliium habere, cum ampliori Purpu-
 „ratorum cœtu, & etiam cum Princi-
 „pum Oratoribus; gratum tamen ipsi
 „esset, si interim alterum consilium exe-
 „cutioni daretis, atque utramque con-
 „troversiam prætermitteretis, quæ ex
 „utroque Canone fuit exorta: ceterum

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

id unum Pontifici permolestè accidit, & idem contra vos questus est, quod cum vobis minime libuisset adhibere libertatem concessam, quin & imperatam, sed rem denuo cum ipso communicassetis, ejusque sententiam præstolari voluissetis, nihilominus id evulgaretis, hacque agendi ratione in Pontificem non laborem modo, sed & accusationum onus rejiceretis, perinde ac si rerum decisionem suo arbitrio vindicare vellet: præsertim dum Synodus Papam tanquam judicem non selegerit, in quo eventu libentior onus suscepisset: etenim in alterutrius necessitatem a vobis adducebatur Papa, ut aut occurrentes sibi difficultates, quamvis in rebus ad fidem spectantibus nunquam fecisset, in aliis tamen dissimulasset, aut incurrisset commune omnium odium, quamvis immerito, quasi concordie perturbator esset., Ceterum Legati se postmodum excusarunt, & quidem respondebant ad primum, quod in rebus maximi momenti ad suum Principem, & caput recurrere cogantur, ne tunc, cum duntaxat generale mandatum haberent, notam temeritatis apud sapientes, ac suarum conscientiarum tribunal incurrerent: porro quod ad alterum spectabat, communicationem illius negotii extendi aiebant

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

ajebant ad tot Oratores, ac Præfules, quibus oportuerat palam fieri honestissimam causam suspendendi responsi, ut ipsius vulgationem impedire nequiverissent.

Pariter Borromæus Cardinalis Legatis significabat ea, quæ Pontifex circa Cardinalium reformationem agitaret; hanc enim Lotharingius instanter urgebat, eamque non minus ardentem ab Hispaniæ, Franciæ, & Lusitaniæ Regibus desiderari spargebat. Porro ex eadem Borromæi Cardinalis epistola elucet, quod ipsemet Pontifex hanc etiam emendationem summopere exoptarit: „libere, inquit Borromæus, facere poteritis, quicquid consultius fore videbitur, hinc valebitis disfertis quoque verbis quoad omnia reformationis capita Cardinales nominare, ne ignorantiam obtendere valeant: nullam ergo hominum rationem habeatis, nam quantumcunque austera fuerit ista reformatio, nunquam nimis severa reputabitur a summo Pontifice, qui hac in re, sicut & in ceteris omnibus ad bonum regimen spectantibus, Synodi, ac Principum votis satisfacere desiderat.

§. LXVIII.

§. LXVIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

*Congregationes circa reformationem
disciplinæ.*

Cum hæc interea extra Synodum gererentur, pro more Congregationes circa disciplinæ reformationem continuato studio habebantur, in quarum una Nemaufensis Episcopus de abusibus, qui ordinem spectant, verba faciens, delapsus est in sermonem de *Annatis*, ubi tametsi non negaret æquum esse, ut omnes Ecclesiæ contribuant Pontifici ad sustinendos Aulæ suæ sumptus, dicebat tamen neque modum, nec numerum in illa exactione sibi probari, & quidem hunc carpebat, eo quod satis esset, si vigesima tantum reddituum pars pendatur, nec minus modum rejiciebat, cum ad earum solutionem, nisi anno exacto, nemo cogendus sit: insuper ex eo, quod Curia Romana omnium Ecclesiarum collationibus sustentanda sit, æquum esse affirmabat, ut inde quoque aliquid utilitatis percipiatur, nec tamen tolerandum, ut ab ejus Officialibus multi abusus in orbe Christiano nascantur, hinc id a Synodo Pontifici significandum censebat, ut provideat. Postea differens de ordinatione Presbyterorum, qui Romæ initiantur, inquit, in iis nec Canones, nec

Sarp. hist.
Conc. l. 8.
pag. 691.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

nec Decreta observari: idcirco necessario decernendum, ut, si Presbyteri Romæ ordinati non idonei fuerint, Episcopi non obstante illa ordinatione possint eos suspendere, nec fas sit suspensus per viam appellationis, aut alterius recursus, Prælati decretum impedire.

§. LXIX.

Sargianensis Episcopi oratio in favorem Episcoporum Titularium.

Sarpus l. c. Jam antea Guadicensis Episcopi sententiam circa Episcopos titulares exposuimus, contra hunc vero in eorundem favorem Simon de Nigris Sargianensis, seu Sarfanensis perorabat, hæc affirmans: „duo in Episcopo sunt consideranda, ordo, & jurisdictio: nam „ex ordine aliud non habet, quam quod „Minister sit Sacramentorum Confirmationis, & ordinis, & constitutione „Ecclesiastica auctoritatem habeat multarum consecrationum, & benedictionum, quæ simplicibus Presbyteris „sunt prohibitæ: verum quoad juris- „dictionem auctoritate etiam gaudet „quoad Ecclesiæ gubernationem: porro „Episcopis Titularibus potestas duntaxat Ordinis est, sine jurisdictione, „adeoque non est necessarium, ut Ecclesiam quamdam habeant: si vero „antiquitus non consecraretur Episco-

„pus

„pus sine data ipsi Ecclesia, hoc ideo Sæcul. XVI.
 „factum, quia ne Diaconi quidem, aut A.C. 1562.
 „Presbyteri consecrabantur sine titulo :
 „at postquam apparuit plus facere ad
 „Dei cultum, & Ecclesiæ amplitudi-
 „nem, ut Presbyteri sint sine titulo,
 „idem de Episcopis etiam concludeba-
 „tur, proin instituebantur Episcopi abs-
 „que Diæcesibus, quia ejusmodi Epi-
 „scopi erant necessarii, ut suppleant
 „munus Episcoporum ex causa legiti-
 „ma a suis Ecclesiis absentium, aut
 „denique illustrium Prælatorum, qui
 „majoribus negotiis implicantur.

Eodem tempore Cardinalis Lotha-
 ringius divertebat in eam Gallorum sen-
 tentiam, qua Concilium esse supra Papam
 affirmant. Fertur quoque, quod idem
 coram decem circiter Episcopis de eo-
 dem argumento sermonem ingerens ef-
 futire non erubuerit, hanc opinionem
 adeo esse veram, & certam, ac illud:
Verbum caro factum est: verbis tamen
 adeo temerariis in ipso Patrum con-
 ventu uti minime audebat, quamvis
 multa proferret, per quæ illis, quos
 præventio non excæcaverat, demon-
 strare nitebatur, quod insaniam saperet
 credere, Papam esse Concilio superio-
 rem: equidem Hydruntinus Archipræ-
 sul prolixo sermone Lotharingium re-
 fellere

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

fellere nitebatur, sed irrito conatu; quippe suam sententiam nonnisi rationibus jam centies confutatis firmabat. (*) Verum ad hæc Lotharingius nil promptum habebat, nisi ut diceret: „cum in Francia natus sim, ubi hæc sententia a potiori parte adoptatur, hinc

(*) Ubi autem sunt invicta ista argumenta, quibus opposita sententia jam centies confutata insulse jactitur: prodire varii Gallo- rum libri, quibus privatam suam opinionem tueri nitebantur, sed illorum argumenta levissimo brachio fuisse everfa, testantur infiniti propemodum Authores hac de re agentes; id saltem omnino certum est, quod Gallo- rum argumenta in nulla hucusque urbe, Provincia, aut regno, quod in avita sua fide circa Pontificis auctoritatem antea fuerat, ad- eo valida fuerint credita, ut ab eadem recesserit, quamvis inter ipsos Gallos plurimi sint, qui cum potiori aliarum Ecclesiarum sententia conspirant: unde ad summum contraria opinio meliori jure dici poterit opinio Gallica, quam adversa Ultramontana: proinde Lotharingio magis digna vox fuisset, si dicere potuisset: hanc sententiam adopto, quia Universalis Ecclesiæ sententia est, quam quod dixerit, non recedo, quia in Francia natus sum.

hinc nec ego, nec ceteri Galli ab ea
recedere possunt., (**)

Sæcul. XVI.
A C. 1563.

§. LXX.

(**) Stupenda sane Galli hujus Continua-
toris arrogantia, & petulantia: ergone insana
est illa sententia, quam ante Basileensem Schis-
maticorum cœtum Universalis Christi Ecclesia
tuebatur, ubi per tot retro sæcula Oecume-
nica etiam Concilia suarum decisionum firmi-
tatem Pontificum approbationi in acceptis re-
ferebant, quoniam vero hæc Gallorum opi-
nio jam millies confutata fuit, nil ultra de his:
qua autem fronte Continuator sibi arrogat sen-
tentiam a tot Nationibus & Ecclesiis adopta-
tam tanquam *insanam* perfringere, qua au-
dacia hæc a Lotharingio fuisse prolata menti-
tur, cum tamen maledicus ejus Magister Sar-
pius, ex quo hæc defloravit, nequidem ad
tantam temeritatem prolapsus sit? Percipian-
tur illius verba: *Lotharingius*, inquit ille,
*divertit in eam Gallorum assertionem, quod Con-
cilium sit supra Papam, adjiciens, ita defini-
tum a Concilio Constantiensi, & Basileensi, non
requirere se aliam ab illo Concilio declaratio-
nem: attamen, si cum Gallis consentire velint,
neesse esse, ut Decretis jam conficiendis nulla
verba inferantur, quæ ipsorum sententiæ præ-
judicent: cum Archiepiscopo Hydruntino esset
dicendi locus, multus fuit in Cardinale redar-
guen-*

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

U

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

§. LXX.

*Patris Laynesii Jesuitarum Præpositi
oratio circa reformationem.*

Pallav. c. 6. In conventu die decima sexta Junii ha-
num. 9. bito Pater Laynesius supremus Je-
suitarum Moderator inter illos, qui
sententiam suam edicebant, postremus
erat: cum igitur ab aliis prolata con-
futare aggrediretur, quædam inferebat
circa Romanæ Curie emendationem,
& præcipue circa materiam de dispen-
sationibus: Verum Laynesii propositio-
nes pluribus, præcipue vero Gallis, di-
splicebant, adeo, ut ex illis nonnulli
Præfules quædam ab eodem prolata si-
gillatim annotarent, ut de illis postea
agerent, quando suas sententias pro-
mere juberentur: ceterum Laynesius
duas emendationis classes distinxit,
quarum una esset interior tangens ani-
mam, quæ nunquam posset per exce-
sum

guendo, repetens & refutans, quicquid ille pro
Concilii Superioritate dixerat, & subjunxit,
esse nonnullos, qui eam opinionem de Superiori-
tate Concilii adeo veram, ac indubitatam credant,
atque illud, Verbum Caro factum est: neque
tamen videre se, quemadmodum ea de re in con-
scientia sua securi esse possint, quibus verbis Lo-
tharingium perstringebat, qui... passim jactaba-
tur ea comparatione usum.

Sæcul XVI.
A.C. 1563.

sum deficere: porro de illa dixit, quod ad eam legum humanarum vis minime perveniat, ac potius petenda veniat a divina gratia, qua pro se quisque conferre operam in animo suo studeret: alteram vero, seu exteriorem afferebat sitam in operibus ad disciplinam, externumque regimen spectantibus, quæ ab humanis sanctionibus normam capit, & versatur in quibusdam exterioribus rebus, quæ per se ipsas bonæ non sunt, sed conducunt ad eas, quæ suapte natura piæ sunt: porro de hac affirmavit, quod quoad illam peccari possit aut deficiendo, aut excedendo, cum eadem sit præscriptum quasi quoddam a prudentia politica medicamentum, cujus opportunitas non dimitatur juxta morbi gravitatem, ac bonam valetudinem ab ægroto multis annis possessam, sed secundum beneficium, quod re ipsa possit illi conferre ejus præsens conditio, & corporis habitudo, cum debeant cunctæ leges charitatis legi cedere: quapropter par esse censebat, ut retineantur, aut relaxentur, aut mutantur, pro eo, quod charitas suadet, ita tamen, ut hæc omnia per legitimam eorum, qui gubernant, auctoritatem fierent.

Præmissis hisce principiis ipsa decreta tum controversa figillatim discutiebatur,

Sæcul. XVI. tiebat, quædam eorum approbando,
 A.C. 1563. alia impugnando.

§. LXXI.

*Laynesii opinio circa Canonem de
 electione Episcoporum.*

Pallav. n. 16. Quod attinebat ad Canonem primum
Rayn. hoc de Episcoporum electione, ita per-
ann. n. 120. orabat: „electio hæc potest duobus mo-
 dis fieri, vel a Clericis, vel a Laicis,
 ita, ut eorum modorum quilibet rur-
 sus dupliciter instituti valeat, atque eo-
 rundem unus a summo Pontifice, aut
 a minoribus Clericis, alter autem
 a Principibus, aut a populis fiat: por-
 ro omnes hujusmodi electiones vitio
 sunt obnoxix, cum electores, utpote
 homines, a peccandi, & errandi pe-
 riculo haud sint immunes, ipsa tamen
 in se spectata melioris est conditionis
 electio, quæ fit a Clericis, eo quod me-
 lius Clerici a Clericis, quam a laicis
 cognoscantur, ac Clericus ratione sta-
 tus majori feratur studio in res Divinas,
 majoremque a Deo afflatum accipiat:
 ceterum inter electiones a Laicis pen-
 dentes, optima censetur illa, quæ a
 Principibus habetur: inter electiones
 autem ab Ecclesiasticis profectas opti-
 ma ducitur ea, quæ fit a supremo Pon-
 tifice, & per Cardinales; verum prout
 ejusmodi electio optima est, cum or-
 dinate

'dinate fit, ita quoque pessima evadit, **Sæcl. XVI.**
 "cum inordinata exiit: porro ad hanc **A.C. 1563.**
 "proxime accedit illa, quæ fit a Suffra-
 "ganeis simul cum Metropolitana. Ter-
 "tius præstantiæ locus debetur electioni,
 "cujus auctores sunt Canonici, sicut in
 "Germania, non tamen electiones, quæ
 "natura sua meliores sunt, meliores
 "semper evadunt in quavis conditione
 "temporis, loci, ac personarum. His
 "dictis ista subjungebat: restitui non de-
 "bent Suffraganeis electiones, quasi di-
 "vini juris id esset, quemadmodum quo-
 "rundam fert opinio, quæ tamen in-
 "volvitur errorem fidei repugnantem, cum
 "inde fuisset deductum, electiones ali-
 "ter habitas, non esse legitimas, adeo
 "ut Ecclesia erraverit in eo, quod illos,
 "qui Episcopi non erant, tanquam Epi-
 "scopos accepisset: hinc omnes, qui
 "contendunt hujusmodi antiquos usus
 "revocare, moventur mali dæmonis
 "impulsu, & idcirco non agitur ab ipsis,
 "ut veteris Ecclesiæ jejunia, & affli-
 "ctiones corporis, quæ carnem edomant,
 "reponerentur, sed hoc est electionis
 "genus, quod carni favet: profecto
 "primævi Episcopi, ab Apostolis insti-
 "tuti, & ab iis missi, ut fidem gentibus
 "prædicarent, aliorum consensu haud
 "electi fuerunt, nec valet: *Tales electio-*
nes priscis temporibus usurpatæ sunt, igi-
tur

Sæcul. XVI.
A.C. 1563

”tur in usum sunt revocandæ: nam po-
”tius contrarium deducitur, quando-
”quidem experimento deprehensa sunt
”earum incommoda, quæ ut tollerentur,
”illæ sunt abolitæ, hinc dubito de
”Gallis, an id serio postulent, cum ta-
”men illi a Deo punirentur præsentibus
”infortuniis, ob aliquam eorum secel-
”sionem usque ab ætate Basileensis
”Concilii. De cetero Episcoporum exa-
”men habendum comprobavit, ita ta-
”men, ut per illud integer ipsorum vitæ
”cursus expenderetur.

§. LXXII.

*Ejusdem sententia de Episcopis Ti-
tularibus.*

Pallav. c. 6.
num. 12.

Postea ad Episcopos Titulares progres-
sus aiebat: „Episcopi ad merum
”titulum non creentur, nisi suadeat
”necessitas, interim errorem sapit, in-
”ficiari, quod veri sint Episcopi, cum
”Ecclesia eos, tanquam Episcopos ha-
”beat, atque adoret hostias consecra-
”tas a Sacerdotibus, qui ab illis Sacros
”Ordines susceperunt: nam indigent his
”Episcopis Diæceses, quæ ampliores
”sunt, prout in Germania, ubi cunctis
”officiis per unum duntaxat Præsulem
”satisfieri nequit: nec ex altera parte
”opportunum est, ut ipsæ dividantur
”Diæceses, cum illic Ecclesiasticorum
”poter-

"potentia opus sit: porro duplici modo Sæcul. XV^o;
 "Episcopi initiari possunt, vel certæ Ec- A.C. 1563.
 "clesiæ destinati, vel indiscriminatim
 "omnium servitio addicti, sicuti erant
 "Apostoli, qua etiam ratione, quæ no-
 "bilissima est functio, initiantur Evan-
 "gelii præcones: possent quoque aliqui
 "initiari, etiamsi nullam in ulla Eccle-
 "sia jurisdictionem obtineant, quo pacto
 "initiatu fuit Presbyter S. Paulinus
 "Episcopus Nolanus, & sicuti Religiosi
 "mendicantes certis cœnobiis non sunt
 "affixi.

§. LXXIII.

*Laynesi iudicium de Episcopatibus,
 aliisque beneficiis.*

Demum impugnabat eorum consilium, Pallav. n. 13.
 qui ætatem pro Sacerdotio præscri-
 ptam immutare aggrediebantur, quam
 in rem ita differebat: „post Canones po-
 "stremo promulgatos hac de re nihil
 "est ita variatum, ut novam legem po-
 "stularet; nam Ecclesiasticorum incon-
 "tinentia non ab ætatis, sed educatio-
 "nis vitio proficiscitur, hinc huiusmodi
 "consilium est mali dæmonis artificium,
 "ut sic, dum Sacerdotium coarctatur
 "ad senectutem, & Diaconatus ad scien-
 "tiam concionandi, Clerus destruat: de
 "cetero tria mihi videntur necessaria,
 "ut nimirum unusquisque secundum Ca-
 „nones

Sæcul. XVI^o nones ingrediatur in Ecclesias, atque
 A C 156^o ex præscripto Canonum eas administret,
 necnon Magistratus statuatur, qui per-
 vigil hujus duplicis legis tutelam ge-
 reret: insuper caveatur, ne consan-
 guineis Ecclesiæ tradantur, aut illis,
 qui eas ambiunt, ac petunt: inde e-
 nim profectum est, quod Ecclesiæ sæ-
 pius ignorantibus, aut indignis fuissent
 collatæ: præterea minime permitta-
 tur, ut resignentur Ecclesiæ retentis
 fructibus, cum id ipsarum Ecclesiarum
 esset perniciēs.,

§. LXXIV.

Ejusdem opinio circa dispensationes.

Laynesius revocans illam charitatis
 legem, de qua in principio sermo-
 nis sui dixerat, affirmabat, illius ha-
 bendam esse rationem non modo tum,
 dum leges in universum constituuntur,
 sed etiam dum applicantur ad peculia-
 res conditiones: his dictis studuit ex-
 plicare utilitatem, & decentiam recen-
 tiorum relaxationum, ad quod confir-
 mandum adduxit testimonium doctissi-
 mi, ac severissimi Patris S. Bernardi,
 qui ad hanc rem propendebat: his ad-
 debat, quod mandata quædam mutari
 haud possint, adeoque nullius dispen-
 sationis capacia existant: alia autem
 mutationem permittant, & ideo quo-
 que

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

que relaxationibus obnoxia sint, pro rerum conditionibus: porro in eo spectandum dicebat non usum antiquitatis, nec austerum exemplum unius, aut alterius e Sanctis Patribus, sed id considerandum, quod charitas postulat in conditionibus hujus hominis, & hujus temporis. Hanc doctrinam declarabat Laynesius, observans, quod divina Lex sit de hisce rebus necessariis, & nulli mutationi obnoxia, & idcirco ea relaxari nequeat: Ecclesiastica vero sit de illis peculiaribus, quæ Divinæ legis observationem faciliorem reddunt: cum ergo hæ mutationem admitterent, ideo in Ecclesia quodam Principe, ac Capite opus esse inquiebat, ut is possit, prout oportunitas dictaret, eas relaxare, eo quod hujusmodi auctoritas a Christo fuisset tradita summo Pontifici, nec possit a quopiam ea illi adimi, cum id institutioni Christi, & bono publico adversaretur: insuper monebat, ut nullus objiceret, quod ea interdum abusi sint Pontifices, cum omnis Princeps, ac Magistratus supremus possit in hoc vitium prolabi. Observabat etiam, quod lex illa, qua sanciretur dispensationum abolitio, sit lex humana, adeoque relaxationum capax: quamvis vero Pontifex voto se obstringeret, nunquam se legem relaxaturum, hujusce tamen

U 5

voti

Sæcul. XVI.
A.C. 1563. voti obligationem cessare dicebat, quod
tunc charitas fuggereret opportunam
legis relaxationem: porro ad auferen-
dos relaxationum abusus fanciendum
putabat, ne populi eas peterent, nisi
ex causis admodum gravibus, ibique,
ubi deceret, in relaxatione concedenda
multa imponeretur, quam in paupe-
rum subsidia distribui oporteret. Cete-
rum legum relaxandarum usum inve-
niri assererat usque a Pauli Apostoli
ætate, qui hominem, quem antea ana-
themate perstrinxerat, postea exsolvit.

Ceterum Laynesius in progressu hu-
jus sermonis plures infirmas profere-
bat rationes, quibus Papam Synodo
esse superiorem contendebat, solidis-
que argumentis deficientibus sermonis
vehementiam, ac quandoque etiam ira-
cundiam subrogabat, qua perorandi ra-
tione existimatam rationum suarum vim
magis adhuc enervabat, adeo, ut haud
immerito Romanæ Curiae adulator,
& causæ desperatæ Apologista habe-
retur. (*)

Suspi-

(*) Quot verba, tot calumniæ, vel falsi-
tates, nam falsum est Laynesium præter allegatas
adhuc alias rationes protulisse, uti Pallavic-
nus loc. cit. n. 15. ex notis Paleotti testatur;
ejus vero argumenta non solida fuisse, ca-
lumniam

Suspiciabantur nonnulli, (*) quod Legati Laynesium induxerint, ut cum tanto fervore illam propugnaret opinionem, quam tamen maximum illorum studium nullatenus ad illum veritatis apicem elevare poterat, quem obtinere debuisset ad hoc, ut prudentibus Viris persuaderi valuisset (**) nihilominus Legati sæpe hunc Patrem convenerant, omnique data occasione illum multis æstimationis suæ signis cumulabant: cum vero Galli in sanioribus doctrinis enutriti, non abs ratione per sermonem ab hoc Jesuitarum Præposito declamatum offensi essent, hinc

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

lumniam redolet, cum ex omnibus Gallis nullus fuerit, qui in hoc conventu eum refellere ausus fuerit, si autem illos, qui Pontificis auctoritatem imminuebant, vehementius perstringeret, læsæ veritatis Catholicæ studium hunc fervorem acuebat: dein Laynesius a nemine nisi a Continuatore, atque huic similibus pro Curie Romanæ adulate habebatur, nisi eodem forte jure, quo quis Continuatore Gallicanæ sententiæ Idololatram appellare posset.

(*) Pallavicinus ait: Galli suspiciabantur, Lainium Legatis aut volentibus aut conscis in eam sententiam disseruisse.

(**) Thraasonica hæc verborum jactantia nonnisi risu confutari meretur.

Sæcul. XVI. hinc Laynesius Torrensem, & Cavil-
A.C. 1563. lonium e Societate sua vesperi eadem
 die decima sexta Junii ad Lotharingium
 Cardinalem ablegabat, ut illum excu-
 sarent, (*) eique persuaderent, quod
 nequaquam in Cardinalem Laynesius
 sua verborum spicula intorserit, nec
 etiam in Nationis ejus Præsules, sed
 duntaxat perstringere voluerit quorum-
 dam Sorbonicorum Doctorum opinio-
 nem, quam Ecclesiæ doctrinæ parum
 consonam esse ajebat, abs dubio, quia
 hi Doctores Basileensis Concilii doctri-
 næ addicti erant, quam immoderati
 Curia

(*) Magis sincere percipiatur hujus ex-
 cusationis causa ex ipso Pallavicino, qui ita
 ait: *Quoniam tela, quo sunt acutiora, eo altius
 feriunt, ii, qui ab Argumentis Lainii petiti
 fuerant, quo validum in illum excitarent ulio-
 rem, studuerunt persuadere Lotharingio, in
 ipsum a Lainio suos ictus fuisse intentatos, quod
 ubi rescivit Lainius, se apud Lotharingium pur-
 gavit, ostendens, sibi in animo non fuisse illum
 arguere, nec pariter Præsules Gallos, sed tan-
 tum quosdam Sorbonnæ Theologos, omnino Ba-
 sileensi Concilio addictos. Nec motus ultra pro-
 cessit.*

Ceteras nugas, & magniloquentias ex
 Sarpio emendicatas confutare supervacaneum
 videtur, cum eas jamjam refellerit Pallavi-
 cinus loc. cit, n. 16.

Sæc. XVI.
A.C. 1563

Curie Romanæ fautores, qualis erat Pater Laynesius, ferme tanquam hæresin detestantur, quantumvis Catholica sit. Ast hæc excusatio non minus, quam ipse sermo, adversus quem Galli obstrepebant, haud decens censebatur, ac quidam Benedictinus nomine Joannes Verdunus, quo præsentem hæc excusatio facta est, loquendi facultatem a Lotharingio Cardinale petiit, ac magna verborum vi ostendit, quod Parisiensium Theologorum doctrina sit orthodoxa, ex adverso autem illa Jesuitarum Generalis declaratio redoleat novitatem, nec unquam fuerit audita: (*)

Infu-

(*) Ne ipse quidem Sarpus ausus est asserere, quod Verdunus re ipsa hæc comprobarit, sed duntaxat, quod *promiserit se ostensurum Sorbonæ doctrinam orthodoxam esse, & Jesuitæ contra novam, & inauditam.* . . . Postea autem ita prosequitur: Ast Cardinalis eos monuit, rem magnam factum iri, id si obtineatur, ut in publicis Concilii decretis aditus ad istam doctrinam non aperiatur, atque ad hoc tantum efficiendum omnium oculos intendendos, jam ad hunc finem facilius perventuros, rem silentio tegendo, & memoriam ejus oblivione obruendo, quam altercando, & contradicendo, unde aliquod veritati præjudicium creetur: acquieverunt quidem, non ita tamen, ut

in

Sæcul. XVI. A.C. 1563. Insuper huic Patri crimini datum, quod Papæ Tribunal idem esse, ac tribunal Christi asseruerit, quapropter Hugonius Theologus pollicebatur, se ostensurum, quod hæc propositio spiret impietatem, & generet scandalum, cum immortalē mortali adæquet, & iudicium corruptibile divino, unde appareret, quod ab ignorantia hoc nascatur, cum Papa servus ille, sit præpositus Christi familiæ, non ut faciat officium Patrisfamilias, sed tantum cuique distribuatur, non arbitrarie, sed quantum ab eodem Patre ordinatum: hinc obstupescere se aiebat, quomodo aures christianæ audire sustineant, totam Christi potestatem alii cuiquam communicatam.

Ceterum Cardinalis Lotharingus, inquit Vicecomes, eadem occasione mentem suam circa Papæ, & Concilii auctoritatem explicans, addebat, quod sibi, ut Principes Sacræ Sedi magis subiecti consenserent, consultissimum

vide-
in privatis congressibus non multus ea de re fuerit sermo.

Si autem Jesuitæ doctrina nova, & inaudita est, & Theologi Sorbonici hanc doctrinam primum a Basileensi Concilio hauserunt, quænam, quæso. ante hunc conventum fuit Ecclesiæ universalis doctrina circa Pontificis auctoritatem in Concilia.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

videretur, si in præfenti rerum viciffi-
tudine una omnes inter fe, fi fieri poffet,
convenirent circa quamdam explica-
tionem congruam, qua fummorum Pon-
tificum, & Synodorum Oecumenica-
rum potestas stabiliretur: „ego quidem,
„ajebat Cardinalis, quæ hac in re
„fentio, jamjam Legatis, mentemque
„meam fcriptotenus Morono Cardinali
„me manifefaturum polliceor., „Erat au-
tem fententia Lotharingii hæc: „Quan-
do Concilium a Papa eft convocatum,
„eique fui Legati præfunt, tunc Sancti-
tas fua illius decreta, quæ fub anathe-
„matis pœna ftatuuntur, & fidei res
„concernunt, fervare tenetur, quia cir-
„ca ejusmodi decreta Concilium falli
„nequit, eo potiffimum nomine, quod
„fua ftatuta affiftente Spiritu Sancto fa-
„ceret: „ Declarabat infuper Lotharin-
gius, quod fua ipfius opinio his verbis
concepta fit eadem cum Sorbonnæ fen-
tentia (*) atque ejusmodi decreta in
mate-

(*) Melius dixiffet: cum Ecclefie fenten-
tia; fi enim hæc opinio adeo certe ortho-
doxa eft, ex adverfo autem fententia fuperiori-
tatem Pontificis ftabiliens nova, & inaudita,
mirum plane, quod Galli primum ad fir-
mandam fuarum opinionem tot transactioni-
bus, explicationibus, & declarationibus neces-
fe

Sæc. XVI.
A.C. 1563.

materia fidei in Galliis, atque in Hispania sine ulla ambiguitate reciperentur, quamvis a Papa non fuissent confirmata, etsi ille tanquam supremus Judex ea irrita declarare, ac Synodi agendi rationem injustam decernere vellet. His addidit, quod *fidei Canones* Pontificis confirmatione non indigeant, bene tamen decreta *circa mores* edita, cum enim circa hæc Concilium errare possit, necesse est, ut a Sanctitate tua confirmentur (*), quæ *pro utilitate Ecclesie*

se habuerint, & ad illam corroborandam recentis cujusdam Synodi tempore schismatis habitæ auctoritate indigerint: cur autem Traditionem Apostolicam, communem Ecclesie consensum, ac saltem quinque prima Oecumenica Concilia pro veritate adeo avita, & Orthodoxa allegare nunquam ausi sunt?

(*) Prætereo audaciam Continuatoris, qui Lotharingium Cardinalem hæc edisserentem introducit, atque in hujus rei testem allegat Pallavicinum, qui tamen ne verbum quidem de ejusmodi sententia profert, sed vel Continuator exinde propriam suam opinionem proponendi occasionem nactus, id, quod sibi in mentem venerat, libere exponit: verum esto, quod re ipsa Lotharingius hæc dixisset: ergo circa decreta *de moribus* Papa

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

hac in re dispensare potest. Observabat Vicecomes, quod hæc sententia Legatis non displicuerit, excepto Simonetta Cardinale, qui circa articulum de Pontificis approbatione contrariam fovebat opinionem. Idem quoque Cardinalis Lotharingus postea dicebat, quod Pa-

rifi-

est supra Concilium: ergo infallibilis est juxta hujus Cardinalis sententiam, quam cum Sorbonicis Doctoribus eandem esse asserit; si enim ideo *fidei Canones* Pontificis approbatione non indigent, quia Concilium in his errare non potest, in *decretis* autem *morum* Pontificis approbatio necessaria est, omnino sequitur, etiam juxta Gallicanæ Ecclesiæ principia Papam in decretis circa mores esse infallibilem, ac errare non posse, proin Synodo superiorem esse: quis autem sanæ mentis homo credat, quod Christus Dominus ad rectam Ecclesiæ suæ gubernationem supremo suo Vicario concesserit infallibilitatis prærogativam circa Doctrinam morum, non autem circa fidei dogmata. Num quæso, portæ inferi fortius aggrediuntur Ecclesiam perveris moribus, quam dogmatum pravitate? Hæc ipsa Galli hujus Cardinalis, & Sorbonicorum insulsa ratiocinatio arguit, eorum doctrinam omnino esse recentem, proin humanis artificiis nondum satis ad veritatis simulacrum elaboratam.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

X

Sæcul. XVI. A C. 1563. risiensis Universitas non rejiciat Florentinum Concilium, quasi nullam haberet auctoritatem, aut legitimum non esset, sed unice ideo non revereretur illud tanquam Oecumenicum, potissimum eo nomine, quod ibidem non alii adfuerint Præsules, quam Itali, atque Orientales, qui ad initium hujus Synodi erant schismatici (*).

§. LXXV.

Biragus Præses Oenipontum Cæsarem salutatum profectus.

Pallav. c. 7. n. 3. Interea Biragus Præses, qui Oenipontum die decima tertia Junii ad Cæsarem profectus est, Cæsaream Majestatem suam adiit, ac pacem a Carolo IX. Gal.

(*) Hæc a Lotharingio fuisse probata ægre quis sibi persuadabit, nullus enim tantam Synodi Florentinæ ignorantiam in hoc Cardinale præsumet, ut illum ignorasse credat, quod in præfato Concilio etiam Franciæ, Burgundiæ, Hispaniæ, aliarumque Nationum Præsules, Doctores, & Oratores præsentibus fuerint, uti cuilibet horum subscriptiones legitime manifestum fit: si autem propter Orientales tum schismaticos hæc Synodus rejicitur a Gallis, quid erit de Basileensi, quæ usque ad exitum a schismaticis fuit celebrata.

Sæcul. XVI.
A.C 1563.

Galliarum Rege cum Calvinistis ini-
tam excusare nitebatur: postea vero di-
gressus ad articulum de Concilio in
Germaniam transferendo, cum hanc
translationem a pluribus desiderari di-
ceret, nullum non movit lapidem, ut
Cæsarem eo inclinaret, insuperhabita
Tridentinorum Patrum, imo ipsius e-
tiam Pontificis repugnantia.

§. LXXVI.

Cæsaris Responsum ad Præsidem.

Cæsar ad hanc sollicitationem hæc re-
posuit: „ Quantum ad pacem, de
„ qua differis, ipsæ conditiones sat mani-
„ festant, quod ad illam Regina Admini-
„ stratrix fuerit coacta, cum verisimile
„ non sit, eam alioquin ad ejusmodi pa-
„ ctiones descensuram fuisse: porro
„ translationi propositæ debui dissentire:
„ quandoquidem alibi ea opportunitas
„ mihi haud præsto foret tutandi Con-
„ cilio, si illud in alio loco congregaretur:
„ præterea compertum mihi est, Luthe-
„ ranos nunquam ad Synodum conven-
„ turos, tametsi in centro Germaniæ ce-
„ lebraretur, nisi per indecoras condi-
„ tiones, & nunquam sine plurimo pie-
„ tatis detrimento concedendas: insu-
„ per si nunc ejus locus mutaretur, cum
„ recte progredi incipit, idem foret, ac
„ omnem fructum præcidere, quem sibi
„ „probi

Sæcul. XVI. „probi omnes pollicebantur. „ Acce-
A. C. 1563. pto hoc responso Biragus discessit.

§. LXXVII.

*Tres Belgii Episcopi, totidemque
 Lovanienses Theologi adven-
 tantes.*

Pallav. n. 4. *§ 5c* *Viscont. to. 1.* *Leit. 45. p. 83 a* Sub idem tempus die vigesima prima Junii tres Belgii Præsules, totidemque Universitatis Lovaniensis Theologi a Philippo II. Hispaniæ Rege Tridentum missi advenerant: porro tres (*) illi Præsules erant Franciscus Richardotus, Antonius Havesius Dominicanus, & Martinus Ritovius, quorum primus Atrebatensis, alter Namurcensis & postremus Iprensis Episcopus: Theologi vero erant tres viri celeberrimi, Michael Bajus, Joannes Hesselius, de quibus alibi scriptum est, & Cornelius Jansenius, postea Gandavensis Episcopus, atque Autor commentarii in concordantiam Evangelii. Jam tunc, cum Commendonus in Belgio morabatur, sicut nar-
 ravimus, gravissimis utrimque rationibus dubitatum fuerat, an expediret ad Concilium mittere Theologos Bajum, & Hesselium, cum quasdam erroneas
 opinio-

(*) Vicecomes loco Episcopi Namurcensis nominat Antistitem Leodiensem.

opiniones tradidisse accusati fuissent. Sæcul. XVI.
 Tandem existimabat Granvellanus Car- A. C. 1563.
 dinalis eosdem tum propter absentiam
 suam ab ea regione, ubi discordia fer-
 vescebat, tum propter communicatio-
 nem cum viris doctis, & auctorita-
 te præditis, quibuscum in Conci-
 lio conferre possent, fore, ut reduci
 valerent ad veritatis semitam, necnon ad
 doctrinam magis sanam, magisque or-
 thodoxam, ac erat illa, quam hucus-
 que tradidisse accusabantur: eapropter
 idem Cardinalis illos tanquam Hispa-
 niæ Regis Theologos deputari permi-
 sit, unde Tridentum unacum Episcopis
 supra memoratis profecti, ibidem vige-
 sima, aut vigesima prima Mensis Junii
 advenerunt: Granvellanus quoque in eo-
 rum favorem ad summum Pontificem
 perscripsit, rogavitque, ut Papa suis Le-
 gatis præciperet, quatenus illos perbe-
 nigne exciperent, eosque mitius habe-
 rent, ut illos eo facilius ad saniora
 revocare possent, præcipue cum aliunde
 doctrina præstantes haud exiguam
 animi demissionem præferrent.

§. LXXVIII.

*Belgarum petitio ad Synodum de
 edendo decreto adversus Anglicæ
 Reginam.*

X 3

Horum

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

*Litt. Legat.
ad Borr.*

8. Julii apud
Pallav. c. 7.

n. 4 & 5.
Raynald.

hoc ann. n.
114. & 115.

*Litt. Borr.
ad Legat. 6.*

& 10. Jul.
& Legat.

12. Jul.

Horum Præfulum, ac Theologorum Belgarum adventus Synodi Patres induxerat, ut quoddam decretum contra Elisabetham Angliæ Reginam promulgare, ac declarare decernerent, quod Episcopi ab ea electi non essent legitimi, simulque eadem foret schismatica, ac hæretica: Verum Cæsaris Oratores hoc Patrum consilium edocti Legatis ea, quæ jam antea Delphinus Nuntius tam ad eos, quam ad summum Pontificem perscripserat, objiciebant, dicentes, quod Elisabetha, si tam indigne haberetur, abs dubio irritata suum furorem in paucos illos Præfules, qui adhuc in Anglia supersunt, effusura, atque in majorem rabiem proruptura esset: præsertim cum Protestantes Germaniæ Principes parem damnationem sibi præfagientes facile ad præcavendam ejusmodi injuriam concurrerent, omnesque suos conatus adversus fidem Catholicam adhiberent, ut proin omnino necessarium videatur, nullum ejusmodi decretum condere. Legati, qui rem Lotharingio Cardinali, atque Oratoribus Ecclesiasticis communicabant, atque unanimi suffragio literas desuper ad Papam, & Cæsarem dare decernebant, responderunt, se sine utriusque consensu nihil moturos: Verum sub idem tempus Roma rescriptum, ne Patres hac

in re quicquam aggredierentur; sed Cæ-
 fari nuntiarent, quod in animo Ponti-
 ficis prudentia, auctoritasque consilii,
 quod Cæsar dedisset, prævaluisset con-
 siliis plurimorum oppositum suaden-
 tum. Evolutis postea aliquot diebus
 Granvellani Cardinalis literæ affere-
 bantur, quibus Legati fuere admoniti,
 ne quid in Elisabetham moveretur, cum
 id non minus hujus Cardinalis, quam
 speciatim Hispaniæ Regis sententia esset.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. LXXIX.

*Rursus de causa Toletani Archi-
 episcopi in Hispaniæ Inquisitione
 capti.*

Detinebatur in custodia multos jam
 annos a sacro Inquisitionis Hispa-
 nicæ tribunali Bartholomæus Caran-
 za, qui ex Dominicana Familia Toleta-
 nus Archiepiscopus, Primas in illis Phi-
 lippi II. Regnis, & unus erat e summis
 Christianæ Reipublicæ Præsulibus: por-
 ro Patres Concilii existimabant, per
 hoc, quod hic Præsul eximius sub alio,
 quam Pontificis tribunali captus deti-
 neretur, universum ipsorum ordinem E-
 piscopalem vilescere, hinc sæpius con-
 questi sunt apud Præsides, qui per hu-
 jusmodi exostulationem pressi ineunte
 Aprili ea de re jam tertio scripserunt

Pallav. l. 21.
 c. 7. n. 7.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Romam, affirmantes, quod vehementer Patres peterent, ut Pontifex causam illam ad se advocaret, juberetque acta in Hispania confecta Romam mitti: verum Pontifex se in suis responsis purgabat causatus, quod nullus unquam de suis Ministris in Hispaniam ivisset, cui per iterata mandata negotium illud non commendasset: insuper transmisit inter cetera ad Legatos epistolam de hoc argumento, Philippi Regis chirographo signatam, in qua is querebatur acriter contra Pontificem, quod ipse quoddam diploma Odescalco Nuntio in ea causa dedisset, ipso Rege non prius audito: insuper petebat a Pontifice, ut susceptum a Rege consilium, ne ea justio vulgaretur, in bonam partem susciperet, atque in posterum Sacræ Inquisitionis acta non turbaret in ea causa, in qua Regi adeo cordi erat, ut id, quod æquum esset, perageretur: de cetero autem vehementer optaret, ut brevi hæc lis finiretur, cum sperandum esset, quam citissime acta confectum iri, de quibus postea Pontifex edocendus esset.

§. LXXX.

*Pontificis consilium de eo Romano
evocando, & Philippi II.
oppositio.*

Hæc

Hæc epistola Madriti die decima octava Mensis Octobris anno priori data erat, qua summus Pontifex a prosequenda hac lite absterrebat, haud consultum ratus, illam diutius urgere, ne propterea indignationem incurre-
ret Regis Catholici, cujus tamen amicitia in præsentis rerum vicissitudine ad Religionis incrementum oppido necessaria erat: cum autem Synodi Patres identidem Legatos hac super re stimularent, hinc toties iteratis precibus, ac sollicitationibus Papam urgebant, ut ab earum importunitate sese liberaturus transcriptam Philippi II. epistolam transmitteret, datisque literis hæc ad suos Legatos perscriberet; „compertum mihi „est, Caranzæ Episcopi causam a meo „Prædecessore commissam Hispanicæ „Inquisitioni, ut ibidem per sententiam „res plene decideretur, idcirco nolui „hujus causæ cognitionem huic Tribu- „nali adimere, ne illis, qui in ea labo- „rant, molestiam crearem, sed tamen „judicii acta mihi tradi petebam, hinc „cuncta, quæ prout nunc confecta sunt, „Romam postremo attulerat Gusmanus: „quantum vero ex illis cognoscere li- „cuit, affirmare possum, quod ea Ar- „chiepiscopi conjectio in carcerem haud „injusta fuerit, dum autem acta, ad „quæ nolui prorogationem ultra inte-
grum

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

Pallav. l. 6.

Sæc. XVI.
A.C 1563.

„grum proximum Aprilem concedere,
„penitus perficientur, minime desistam,
„quin æquum, absolutumque iudicium
„hac in re ipsus exerceam. „

§. LXXXI.

*Grimani Aquilejensis Patriarchæ pe-
titio de causa sua ad Synodum
devolvenda.*

*Pallav. c.7.
n.7. & 9.*

Pariter alterius cuiusdam Præfulis o-
mni veneratione digni causa ad
Synodum devolvebatur. Erat is Joan-
nes Grimanus Aquilejensis Patriarcha,
de quo alibi sæpius mentionem fecimus;
quippe eo tempore, quo Papa Anno
Christi millesimo quingentesimo sexa-
gesimo primo Amulium, & Navagerum
purpura decorabat, Venetorum Respu-
blica datis ad Papam literis hunc po-
stremum patria Venetum Cardinalium
Collegio adscriptum fuisse, grata men-
te recolebat, simulque Patriarchæ Gri-
mano eundem honorem deferri, aut
potius illum eodem auctum esse decla-
rari rogabat: jam enim hic in Cardi-
nalem electus a nonnullis credebatur.
Hanc petitionem Republica iterato in-
culcabat: ast Pontifex ad frequentes
Venetorum preces respondit, quod huic
declarationi sacrum Collegium assen-
tiri renueret, nisi Grimanus de impa-
cto

pacto sibi hæresis crimine prius sese Sæcul. XVI.
 purgasset. Huic conditioni lubens an- A C. 1563.
 nuit Patriarcha, sese tamen Romanæ
 Inquisitionis Judicibus, quorum severi-
 tas sæpe nimium immoderata justam
 diffidentiae causam ei præbebat (*),
 committere dubitavit, maluitque se Sy-
 nodi iudicio relinquere, atque ibidem
 suam innocentiam probare statuit: ita-
 que se a Patribus absolvi sperans Tri-
 dentum versus iter aggreditur: verum
 Papa, qui Romanæ Inquisitionis iura
 tueri voluit, ab initio Patriarchæ Ve-
 neto causam suam ad Synodum de-
 volvendi facultatem denegabat, dato
 negotio, ut Romæ suam innocentiam
 probaret, seque ibidem sisteret. Ve-
 rum rursus instante Republica Ponti-
 fex Synodo hujus causæ cognitionem
 tandem reliquit: ergo Grimanus die
 vigesima prima Junii Tridentum dela-
 tus, eadem die Præsides visum ibat, co-
 mitantibus eum viginti Præsulibus:
 cum autem magis congrui temporis
 opportunitatem præstolaretur, in hac oc-
 casio-

(*) Hæc est animadversio nostro Con-
 tinuatore digna, ab eoque excogitata: si ta-
 men ipse vel unicum hujus frequentis, ac ni-
 mium immoderatæ severitatis exemplum le-
 gitime probare debuisset, certe ei lingua, &
 aqua hæssisset.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

caſione ne verbum quidem de ſua cauſa propoſuit, unde Veneti Oratores iſtius loco verba facere cœperunt, & ut ſuæ Reipublicæ honorem vindicarent, teſtatumque redderent, quod iſſiſmet perſuaſum eſſet, ſe ſuis partibus deſuiſſe, ſi ex ſuis ſubditis quempiam de hæreſi re ipſa ſuſpectum ad Purpuram evehi petiſſent, quapropter hanc cauſam dijudicari eſſagitant.

§. LXXXII.

Legatorum Reſponſum ad Oratores Venetos.

Pallav. n. 10.
Es 11.

Igitur Legati habita inter ſe conſultatione circa Oratorum poſtulata, tandem illis hæc reponerent: „Jure „quidem optimo a Republica, ac poſtiſſimum a Patriarcha exoptatur exitus illius cauſæ, ſed fas nobis non eſt „manum illi admovere, aut tolerare, ut „Synodus eam admoveat abſque peculiari Pontificis diplomate, apud quem „ſæpe eadem cauſa fuerat agitata, atque expoſita, cum hoc pacto indicaretur Concilium præeſſe Pontifici, „& obtinere poteſtatem avocandi ad ſe „cauſas coram Pontifice jamjam inchoatas: fatemur quidem Navagerum „& Moronum Cardinales, priuſquam „Roma diſcederent, colloctos fuiſſe „cum Pontifice, qui etiam Navagero „quæ-

„quædam scripta hanc in rem configna-
 „vit : Verum tamen cuncta hæc fatis
 „non sunt absque speciali mandato sub-
 „scripto a summo Pontifice, qui nobis di-
 „xerat, se plenius, quid ipse vellet, signi-
 „ficaturum.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

Oratores ad insperatum hoc respon-
 sum valde commoti hæc reponebant :
 „Acceptit Venetæ Reipublicæ Senatus
 „minime dubia hujus causæ ad Syno-
 „dum devolutæ argumenta, inter quæ
 „præcipue sunt Pontificis verba Romæ
 „ad Venetum Oratorem facta, necnon
 „ejusdem promissio duobus Legatis
 „præstita. „ Postea Oratores expone-
 bant, quod hac fiducia fretus Reipubli-
 cæ Senatus Patriarcham Tridentum ab-
 legarit, adeoque non leve dedecus in i-
 psam Rempublicam redundaret, si va-
 næ promissionis spe se lactatam, nudisque
 verbis deceptam cerneret.

§. LXXXIII.

*Legatorum declaratio de hac causâ
 absque Pontificis diplomate non
 dijudicanda.*

Verum ad hæc reponebant Legati : „In *Pallav. n. 12.*
 „hujus causæ judicio, si facta est cun- *Et 13.*
 „ctatio, ea ipsi Patriarchæ vitio vertenda
 „est, qui, si Roma non secessisset, feli-
 „cem suæ causæ exitum jam sortitus
 „esset. Ceterum in comperto nobis est
 „Pon-

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

„Pontificis animus, justitiæ studiosissimus, amantissimus Reipublicæ & bene affectus erga Grimanum: si tamen Pontifex Oratori tum Romæ agenti dixerat id, quod vos refertis, tunc id, quod in ejusmodi occasionibus usu venit, observare tenetur Pontifex, scilicet ut causam in Synodo, cuicumque volet, per diploma committat: sub qua conditione nos omnem judicii celeritatem pollicemur.

§. LXXXIV.

Papa hanc Legatorum repulsam indignatus.

*Pallav. c. 7.
n. 14. ep. Pap.
ad Legat.
I. Jul.
Viscont. to. 2.
Lett. 53.
p. 159.*

Accepto hoc responso Oratores datis literis totam rei gestæ seriem ad Senatorem perscribere decernebant: pariter quoque Synodi Præsides ea de re Cardinalem Borromæum certiores redderant, significantes, periculosum esse, si inter tumultus hac super re præcipue circa proponendi facultatem suscitatos, ac nondum sopitos Veneti novam controversiam movere permetterentur de jure, quo sibi concedi postulabant, ut hoc negotium per se ipsos Synodo proponere valerent, proin in præsentis rerum vicissitudine consultius dicebant, ut Sanctitas sua hanc causam ipsamet proponeret, aut quid agendum decerneret: verum hoc obsequium summo Pontifici minus gratum acci-

accidit, atque exinde molestiam sibi crea-
 ri veritus, ad Præsides rescripsit, ac de-
 super conquestus eisdem injunxit, ut O-
 ratorum petito cederent: hæc tamen
 addidit: Ideo nondum transmisi diplo-
 ma, quo meam mentem aperirem, quia
 nemo illud a me petiit: quapropter lo-
 co diplomatis vim habeat hæc mea epi-
 stola per celerem cursorem delata:
 meum autem est votum, ut integre mos
 gereretur Venetæ Reipublicæ, etiamsi
 ipsa cuperet, ut ea causâ in pleno Con-
 cilio ageretur: verum opportunius ef-
 se videtur, ut tunc ubi Oratores Veneti ac-
 quiescerent, a vobis Theologi, qui hanc
 causam cognoscerent, iique ex omni
 natione seligerentur: denique ita rem
 peragatis velim, ut Respublica sibi sa-
 tisfactum intelligeret, amota omni que-
 rendi ansa.

§. LXXXV.

*Viginti tres Commissarii ad discuti-
 endam Grimmani causam nominati.*

Biduo post scriptam hanc epistolam Ro-
 mæ diploma Oratori tradebatur, Sy-
 nodi autem Præsides consentiente Gri-
 mano Patriarcha viginti tres ex Patri-
 bus quidem destinarunt, cavebant ta-
 men, ne quempiam comprehenderent,
 qui aut in ditione Veneta Ecclesiam ob-
 tineret, aut alias Romæ illi causæ in-
 terfuis-

Sæcul. XVI.
 A. C. 1563.

*Litt. Legat.
 ad Borr. 8.
 Et 12. Jul.
 apud Pallav.
 n. 14.
 Viscont. litt.
 54. p. 164.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

terfuisset: idcirco fortasse, cum prius connumerassent Magistrum Generalem FF. Prædicatorum, eundem postea ab officio excluderunt; selecti autem ad iudicium fuere cuncti quatuor Oratores Ecclesiastici, tres Galli a Lotharingio Cardinale nominati, dein ceteri Episcopi, & alii Patres ex doctioribus Italis Belgis, Hispanis & Germanis, sed quia comprehendebantur nonnulli haud Theologiæ, sed duntaxat Canonum periti, hos postea Patriarcha recusabat, ac pro eo Veneti Oratores petierunt, ut illi excluderentur, causati, controversiam esse mere Theologicam, & a Pontifice Legatis injunctum fuisse, ut in ea Theologi adhiberentur, Canonum peritis haud nominatis: quare in hoc pariter Synodi Præsides eorum votis acquiescebant, hanc petitionem æquam censentes. Denique Grimanus, & Oratores, cum petere viderentur, ut ad hosce viginti tres Præsules jam Deputatos duo quoque Cardinales Lotharingius, & Madrutius accederent, in hoc Præsides pariter consentiebant: hujus vero causæ exitum postea suo loco recensebimus.



HISTO-